DISSERTATIO MEDICA DE AQUIS MINERALIBUS IISQUE SALUBERRIMIS

Tam ad conſervandam quàm reſtaurandam valetudinem

FONTIS MARIMONTENSIS,

Qui ibidem juxta Caſtrum Regium in Hanoniæ Comitatu copioṣè ſcaturit.

QUA UT PROLUSIONE

Poſt multimoda & accuratiſſima experimenta

PHYSICO-CHYMICA

Aquarum illarum natura, qualitates, efficacia, & virtutes medicæ ſimulque debitus iiſdem utendi ad ſalutem modus dilucidè exponuntur.

AUCTORE

HENRICO JOSEPH. REGA

In Univerſitate Lovanienſi Medicinæ Doctore & Profeſſore Primario, Sereniſſimæ PRINCIPIS ARCHIDUCIS Belgii Auſtriaci GUBERNATRICIS Conſiliario & Archiatro.

LOVANII,

Typis MARTINI VAN OVERBEKE prope Academiam. 1740.

Cum Privilegio & Approbatione.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRIVILEGE.

SA Majesté à la deliberation de la Serenissime Archiducheſſe d'Autriche, Gouvernante generale des Pays Bas a permis, comme Elle permet par cette à *Martin Van Overbeke* Imprimeur à Louvain, qu'il poura, à l'excluſion de tous autres Imprimeurs & Libraires, imprimer & diſtribuer luy ſeul le Livre intitulé *Diſſertatio Medica de Aquis Mineralibus iiſque ſaluberrimis tam ad conſervandam quam reſtaurandam valetudinem Fontis Marimontenſis qui ibidem juxta Caſtrum Regium in Hannoniæ Comitatu copiosè ſcaturit. Qua quidem proluſione poſt multimoda & accuratiſſima experimenta Phyſico-Chymica aquarum illarum natura, qualitates, efficacia, & virtutes Medicæ, ſimulque debitus iiſdem utendi ad ſalutem modus dilucidè exponitur, Auctore* H. J. R. *Lovanii Typis Martini Van Overbeke prope Academiam* 1740. defendant à tous autres Imprimeurs & Libraires d'imprimer ou de contrefaire le dit Livre en entier ou en partie, ou ailleurs imprimé porter, vendre ou diſtribuer en ce Pays à peine de confiſcation des Exemplaires & d'une amende de trente florins pour chaque à charge de celui qui y aura contrevenu. Fait à Bruxelles le 20. Decembre 1740. été ſigné *Steenh.* vt.

Et plus bas *F. Miſſon.*

SERENISSIMÆ

MARIÆ ELISABETHÆ

PRINCIPI REGIÆ

HUNGARIÆ, BOHEMIÆ &c.

ARCHIDUCI AUSTRIÆ

DUCI BURGUNDIÆ

BRABANTIÆ &c.

GELDRIÆ, LUXEMBURGI &c.

COMITI FLANDRIÆ,

HANNONIÆ, NAMURCI, &c.

BELGII AUSTRIACI

SUPREMÆ

GUBERNATRICI

&c. &c.

SERENISSIMA PRINCEPS



Uod ad Sacros Archi-Ducalis Serenitatis Tuæ pedes humillimè provolutus affero offeroque, si, profectum licet ab animo longè gratissimo, spectetur quà meum, nimis profectò levidense est, ac minimè dignum ut *Augustissimo Nomini Tuo* nuncupetur.

Aſt, ſi quà Tuum eſt, conſideretur, nemo opinor erit, qui non ultra conceſſerit, me illud alteri cuipiam offerre ſine piaculo non potuiſſe. Quid enim? An non Tuum eſt totum? Nimirum ex illo Benignitatis & miſericordiæ Tuæ fonte, qui tot egentium & miſerabilium hominum fortunam vitamque quotidie irrigat & recreat, etiam profluxit & ſcaturit fons hic Mariæ-Montanus in ſolamen pauperum præcipuè, afflictorumque Belgii noſtri Auſtriaci civium, Tua pietate reſeratus & apertus. Gratioſo ſiquidem Serenitatis Tuæ mandato Fontis Marimon-

tensis Aquas unà cum Clarissimis Collegis meis libravi & examinavi, in quo si quid profuerimus, sique ego in hac indè deducta Dissertatione quidquam profuero Tibi id uni *Serenissima Princeps* maximè acceptum referri oportebit, cujus authoritate omnia gesta conscriptaque sunt.

Ne tamen quis (sed quis ille) eorum qui Te non norunt forsitan suspicetur assentationi aut nimiæ reverentiæ datum hîc esse aliquid, palam Te ipsa etiam coram protestor nihil, nisi quod ex animi sententia verum existimo in hac quasi prolusione à me allegatum esse. Incom-

parabilem quidem illam nec umquam satis deprædicandam clementiam, cujus radiis Serenitas Tua, dum haud pridem hunc hominem honorifico Consiliarii & Archiatri sui titulo illustravit, immerentem me quoque fovere dignata fuit, cæterasque eximias dotes ac virtutes Tuas omni laude nostra superiores religioso silentio semper venerabor; sed absit ut illi vel ulli earum aliquo falsitatis adulationisve Thure litare præsumam.

Hoc unicum supplex rogo, ut Serenitas Tua hunc qualemcumque ingenii mei fœtum, jussu Tuo conceptum, Patriæ publico bono

editum, ſummæ obſervantiæ, gratitudinis, devotionis ac ſubmiſſionis meæ teſtem obſidemque clementi ac Sereno vultu accipere non dedignetur.

Sereniſſima Domina Princeps

ARCHIDUCALIS

Serenitatis Tuæ

Humillimus Servus, & Cliens
HENRICUS JOSEPH. REGA



PRÆFATIO.



Dmirabili Deus providentiâ non tantùm fecit ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora & terminos habitationis eorum; verum infinitâ pariter clementiâ, quâ omnia administrat, saluti temporali hominum prospexit, ut pro varietate soli & climatum ubicumque locorum propria tam alimenta quàm remedia enascerentur, illa quidem ad vitam sustentandam, hæc autem ad incurrentes morbos profligandos.

Ad ipſa certè bruta ſe benignitas Creatoris extendit. Unde enim diverſarum procul regionum tam diverſa ſunt animalia? Scilicet non omnis fert omnia tellus, non omnia ſingulis ſunt apta alimenta, non eâdem veſci quæcumque poſſunt aurâ. An non multis paſſeribus meliores ſumus nos?

Planè liberaliùs nobiſcum egit Deus, quibus non uſque adeò circumſcriptus eſt habitandi locus: verumtamen quàm ſe multis morbis exponunt quos πλεονεξία infinitatem omnem peregrinari impellit? ubi graviùs affliguntur & triſtiùs curantur, remeanteſque ſolo patriæ aëre ſæpe refocillantur? Adeò verum eſt nativa cujuſcumque regionis remedia potiora eſſe peregre advectis.

Itaque audens contendo (eſto multis fore paradoxa) tantam eſſe cuilibet regioni habitabili

medicamentorum αὐθάρκειαν, ut longævæ vitæ fovendæ & conservandæ non ſit neceſſe aliunde magno ſumtu arceſſita medicamina opitulari.

Proinde malè conterraneorum & civium ſuorum ſaluti conſulere & opimis patriæ bonis detrahere, qui indigenis remediis poſthabitis non alia æſtimant & adhibent quàm quæ ſub alio ſidere colliguntur, ceu locorum diſtantia quæ pretium, pariter & vim medendi augeret.

Ne autem exemplorum enumeratione longiùs ab inſtituto evagans deviem, plantarum contemplatio ſola, quæ ſuis ſingulis regionibus ita propriæ enaſcuntur, ut aliò tranſlatæ protinus vi naturali deſtitutæ marceſcant & evanidæ pereant, copiosè ſufficiat, ut demonſtretur indigenas patriæ noſtræ plantas tam ad averruncandum quàm ſanandum

morbos non minori efficaciâ prædit as esse, quàm ab extraneis terris huc aportata medicamina. Quin insuper addo nostratia magis expeditè, tutiùs, &, si ita loqui de ægrotis liceat, jucundiùs mederi.

Hæc igitur attendens in animum inducere nequeo patriæ nostræ clima, inter cetera quæ alibi celebrantur remedia, exsors esse beneficii aquarum mineralium, quarum usu conterranei nostri uberiùs obtineant quidquid procul domo, post asperas viarum fatigationes, consequi desiderant.

Observavi porro inter innumera quæ sunt scientiæ Medicæ remedia, pauca omnino esse quæ comparari valeant aquis Mineralibus, usque adeò penetrans est illarum virtus, ut inveterati & pertinacissimi morbi per eas penitus eradicentur: præterquam quòd facilitate multâ & delectatione

etiam earum uſu ægroti receptis viribus convaleſcant.

Agnoſcamus grato animo Dei dona; quorum illuſtre ſpecimen expono fontem ferrugineum Caſtro Regio Marimontenſi planè vicinum, quem præſtantiſſimâ virtute medicâ ditatum non alteri ulli ejuſdem generis, qualium apud exteros multa eſt famigeratio, cedere affirmo; operoſo quippe examine convictus illum nulli eſſe ſecundum.

Ab omni quidem ille hominum memoria accolis notus & ſalutaris profuit, neque iis tantum; ſed ad longinqua etiam manavit tranſvectione potanda illius aqua, præſentaneum pluribus morbis remedium; adeo ut *Spadanæ* aquæ nomen inditum illi fuerit. Exiſtimarint forſitan creduli incolæ fontem Spadæ derivatione occultâ in Hannoniam ad uſque Marimontium profluere, prout veteribus

vulgatum fuit, Alpheum Elidis amnem occultas egiſſe vias ſubter mare qui nunc ore, Arethuſa, tuô Siculis confunditur undis.

Cum nemo neſciat rerum præſtantiſſimarum frequentes eſſe abuſus, præcipuè dum methodus rectè iis utendi ignoratur (quod in materia medicinæ maximè evenit) ubi nec eruditi cujuſquam prudentiâ aut conſiliô praxis dirigitur; interimque pro lubitu quiſque idiota ſibi medicus eſt, ſine perſonarum, ætatis, tempeſtatis anni & hujuſmodi ſimilium diſcrimine, neglectus ſciendi peſſumdat utilitatem, quo factum eſt ut etiam periti minùs ſolliciti fuerint, aquarum Marimontenſium indolem & naturam accuratiùs examinare: ita velut in Democriti puteo latuit hactenus eruenda veritas quæ illarum integras vires detegeret.

Et forſan lateret etiamnum

multis posterorum seculis, magno publicæ salutis detrimento, nisi occasio planè disparata, ut sæpe fit, aditum expoliendæ rei inventæ applanasset.

Profecta nempe Mariæmontium Serenissima Princeps Belgii Gubernatrix eademque Augustissimi Cæsaris gloriosissimæ memoriæ Soror, ut animum curis obrutum laxaret, earumque pondere fatiscens corpus ibidem saluberrimo aëre refocillaret, inaudiit vicinum castro suo salire fontem, nec illum vulgaris & dumtaxat potûs innoxii; sed ita liberaliter medicantis, ut nec obstinatissimi morbi potentiæ ejus resistant, sed tamquam miraculo fugati incolumes dimittat homines aliquot ejus haustibus recreatos.

Hinc prudentissima optimaque Princeps, ne quid præcipitanter ageretur, mandatum dedit, ut institutâ harum aquarum analysi,

in earum utilitatem auctiori cu
inquireretur.

Proinde Excellentissimus Co
mes *De Harrach*, magnus Aul
Præfectus, & ipse amator omn
genæque scientiæ fautor, Princ
pis desiderio obsequentissimus, ho
norificis litteris mandavit Facu
tati Medicæ Universitatis Lov
niensis, ut è gremio suo mitter
Clarissimum *De Villers* & Expe
tissimum *Sassenus*, Doctorem i
lum & institutionum nostrarum
hunc Licentiatum & operationu
Chymiæ Professorem, mequ
etiam ut ternio esset, illico M
rimontium simul profecturos, fo
tis nempe ibidem mineralis n
turam, indolem, qualitates, v
resque medicinales expensuros.

Tam placita jussa non mini
studiosè quàm alacriter & exped
tè perfecimus, reducesque Bruxe
lam nostrum super his aquis jud
cium Excellentissimo Aulæ Pra

ecto deprompsimus, factâ totius xaminis declaratione.

Hæc conatuum nostrorum expositio quantumvis, ut speramus, placuerit, non tamen mandati executionem satis hanc esse censuit vir Excellentissimus, qui scilicet omnia quorum satagit, aut quæ sub ejus cura geruntur, ad amussim exacta fieri postulat, nisi ideam nostram scripto typis evulgato latiùs explanaremus, & recensendo facta experimenta simul colligeremus quid à viribus hujus fontis mineralis sperandum sit infirmis, quibusque speciatim morbis præsens laturus remedium. Profectò ab officii religione declinaremus summâ publicum utilitate fraudantes, nisi protinus ejus nutibus obsequi accingeremur.

Sic prodit enata hæc dissertatio, seu potius dixero, breve specimen tractatûs amplioris publico, si successus aspiret, evul-

gandi, ubi tranquillius otium la-
bori faverit, & analyſim ulterius
numeris omnibus abſolutam li-
cuerit inſtituere : dum interea
tempus, quod abſcondita indies
detegit, ſalutaris fontis uberiores
nos effectus docuerit, pluriumque
reſtauratæ valetudinis certiores
fecerit, atque exemplis pariter
ditiores.

Ego vero oblatam mihi pro-
vinciam ſcribendæ hujus diſſer-
tationis lubentiſſimè ſuſcepi. Pri-
maria certè ratio fuit, ut deſide-
rio & mandato Sereniſſimæ Prin-
cipis parêrem ; quod non potui
mihi non eſſe volupe maximùm.
Opportunè acceſſit altera : nem-
pe aquas genuinè minerales plu-
rimùm ſemper ut ſoterias æſti-
mavi, & tamquam Herculeum
remedium ad expugnandum mor-
bos vel contumaciſſimos, ſcili-
cet adhibitis pariter remediis ſe-
cundùm artem præſcriptis. San-

nihi non leviter tanti fiunt, neque enim contemplativâ tantum notitiâ, ceu per consequentiam, collegi quæ sit earum natura virtusque medicinalis; sed quod caput rei est, salutarem usum plus annis 25. manifestè expertus, restitutâ multis ægris valetudine aquarum hujusmodi beneficio.

Quod nunc propalam evulgare opportunum est, dum mihi ipsi gratulor favorabilem nacto occasionem scribendæ hujus dissertationis: ne quis enim putet me desiderio Serenissimæ Principis blandiri, aut honorem quô me dignata est, exaggerando fontis sui virtutem ampliare, aut in hac materia non satis versatum novum aliquod comminisci: profiteor, studiorum nam meorum probè conscius, me dudum antehac progressum ultra metas tirocinii in aquarum mineralium examine & analysi profecisse, quas peni-

tus cognoſcendi ſingularis m
hactenus cupido inceſſit, ita u
impenſus labor jucundiſſimus m
hi ſemper fuerit.

Sic ab annis jam retro duod
cim fervente æſtate relaxan
animi causâ cum amico medic
Bruxellenſi, nunc τῷ μακαρίτῃ
voluptuaria ambulatione inſt
tuenda conſenſi, ita tamen
profeſſionis noſtræ memores n
hil eorum quæ obſervatu dign
viderentur intercidere pateremu

A *Namurco* ſtatuimus iter ordi
defluentes ſecundo flumine Mo
inter amœniſſimos utrimque pr
ſpectus. Ita provecti *Huum* dev
nimus, ibidemque demorati cel
bres recens aquas ſtudiosâ anal
conſideravimus: inde *Leodiu*
appulſi illas quas fontis cali
(vulgo *Chaud-fontaine*) nunc
pant: tum & *Spadanas* & *Aqu*
granenſes; eas demum quæ ap
Tungros è fonte ferruginei ſap

manant, omnes autem æquali
tentione ponderavimus.
Exinde hujus generis experi-
enta multipliciter domi edoctus,
nſeo non abs re me facere;
d uti jure mihi acquiſito, dum
aquis Mineralibus, quas toties
erofo tentamine exploravi,
blicè ediſſero. Si enim cujuſ-
s boni civis officium eſt publi-
patriæ bono conſulere, quanto
agis Medici? cui proprium mu-
is eſt non ſolùm conterraneo-
m ſuorum, ſed omnium, quan-
m licet, hominum proſperam
letudinem tueri, adverſæ opi-
lari, adeò ut avaritia ſcientiæ
medico, penè dixero, ſit ca-
talis, quæ in ceteris vix aliam
æter ignominioſi livoris notam
bit.
Faxit Deus Medicinæ auctor,
ſi recta mihi intentio favorem
us & ſucceſſum mereatur, fon-
s Marimontenſis in hac opella

commendatio publicæ ſit salu
adjumento, tam noſtratium quà
advenarum, nec obtundamur an
pliùs parodiâ hujus dicti: *nun*
quid non meliores ſunt Aba
& Pharphar fluvii Damaſci o
nibus aquis Iſraël? Ubi pateb
aquarum Mariæ-Montenſium u
è morbis recreatos gratiarum De
actionem exhibere, ad cujus gl
riam nominis hæc ſum conatus





CAPUT PRIMUM.

e loco ubi situs est hic Fons Mineralis, ac ei vicinis Oppidis Pagisque.

FOns de quo hîc agitur mineralis exoritur in Hannoniæ Comitatu propè Castrum Regium, quod *Mariæ-Montes* seu *Mariontium* vocatur. Hoc nomen ei à suo ecit *Maria Regina Hungariæ* Belgii Gubernatrix, quæ illud construi just anno 1548. ac Montis nomen addit propter sitûs eminentiam.

Hæc porrò Regia combusta fuit & in ineres redacta jussu *Henrici II. Gallarum Regis* anno 1554. Restaurata erò deinceps fuit ac non minore splenore resurrexit munificentiâ Principum Belgii ac Gubernatorum; ut paet ex hac inscriptione quæ legitur in pso Castro.

Maria Hungariæ Regina erexit.
Isabella Clara Eugenia ampliavit.

*Maximilianus Emmanuël V. B. D. Ele-
ctor,*
*Dirutam restituit, & in hanc forman
redegit*
Anno M. D. C. XCIX.

Superbo huic ædificio pientissim Belgii Gubernatrix *Maria Elisabeth* Archidux adjecit novum ornamentum Sacellum scilicet, secundùm regula hodiernæ Architecturæ pulcherrimum

Situm est hoc Castrum Regium lo co non amæno minùs quàm salubr cultissimis hortis & fontibus limpidis simis ornatum. Cingitur verò totun penè Castrum viridario seu nemore fa gis præcipuè consito. Omnis illic vi cina plaga abundat quovis genere præ dæ venatitiæ.

Inter *Marimontium* & *Montes* Me tropolim totius Hannoniæ, (quæ urb Castro Occidentalis est) patens es campus, qui licet montibus hinc in de & collibus sit asper, multisque va rii generis silvestribus plantationibu consitus, non tamen impedit liberiori aëris salubrem corporibus afflatum. Di stat autem Castrum ab urbe Montens tribus & semi leucis.

Marimontium versùs Septentrionen aut Cæciam spectat *Nivellas*, unde di stat duabus & semi leucis.

Sunt huic Castro vicina oppida & agi ; è quibus commodè transvehi ossunt quæcumque sunt hominum ısui ; & speciatim victui necessaria.

Non est vicinius Marimontio oppiulum quàm *Binchium*, situm versùs Africum ; distatque à Marimontio randioris leticæ intervallo. Parvum illd quidem sed vetus & amœnum, audet soli fertilitate ; aëre salubri & ujusvis venatûs copiâ.

Oppidulum hoc opportunè subserviet excipiendis advenis, quibus præribentur aquæ ex ipsa scaturigine bi- endæ ; donec & usque dum Mariontii structæ fuerint ædes Hospitius commodæ.

Quin & modò sunt illic idonea hositia, omnigenique pecoris abundè, viım optimum comparatu facile, panis l delicias ; quas auget cujuscumque enatûs opima præda : atque hæc oma gratiora facit incolarum urbanitas l quævis obsequia paratissimorum. ınè modica etiam à fonte distantia saıbre addet exercitium summo mane l fontem profecturis, quò pervenient ongruo tempore ; dein ad prandium ovocatâ orexi redituri. Haud secus ciunt qui *Spadæ* tempore æstivo comorantur indies fontem *Geronsterii* ad-

euntes; nec delicatarum etiam cohors de viæ longitudine queritur, dum itque reditque viam toties.

Tendentibus ad Orientem obvia occurrit *Episcopo-Fontana*, quæ idiomate regionis *Fontaine-l'Eveque* nuncupatur: quod oppidulum, ait *Guicciardinus*, "satis lautum est in finibus Hannoniæ, „quâ terram Leodiensem tangit.„ Fontana à Castro dissidet sesquihorâ itineris, distatque à *Sabi* flumine milliari ut summum mediocri.

Ab eodem fluvio celebri & pisculento separatur Marimontium itinere duarum leucarum; ab Abbatiis verò *Lobiensi* & *Alnensi* duarum & dimidia.

Distat ab Abbatia *Bonæ Spei* Ordinis Præmonstratensis duabus circiter leucis.

In parte Occidentali eminus conspicitur *Rodium* seu *Rhetia* distans leucâ & semi à sæpe dicto Castro Regio.

Quartâ autem tantùm leucæ parte pagus *Morlanwetz* versùs Orientem seu potiùs Eurum situs in via quâ itur Episcopo-Fontanam.

Haine Saint Piere alter pagus ultra rivum *Hainam* situs, vix distat leucâ dimidiâ.

Ex prænotatis urbibus & pagis proximioribus commodè adduci possunt

uæcumque ad victum ſpectant. Nec ifficile admodum erit in hiſce ipſis pa- is invenire hoſpitia, in quibus lautè abeantur interdiu, & noctu commodè uieſcant potores.

Ut Lectori amplior ſit notitia de ſitu ujus fontis lubet etiam aliquot alio- um locorum diſtantiam hîc addere.

Carolo-Regium diſſitum eſt tribus eucis.

Pagus *Goſſelies* quem dividit via ſtra- , quæ eſt *Bruxellas* inter & *Carolo- Regium* ſejungitur à *Marimontio* dua- us leucis.

Genapia vicus, olim oppidum Caſtro uo celebre, diſtat æqualiter; quinque cilicet *Bruxellis*, *Carolo-Regio*, & *Ma- rimontio*.

Unde *Sonegia* viam ſtratam excipiens uâ Montibus *Bruxellas* tenditur tri- us leucis ſejungitur.

CAPUT II.

Proponitur Aquarum Fontis Marimon-tenſis per varia experimenta Phyſic… Chymica Analyſis facta à Clar. D. D… Villers, *& Expertiſſimo D.* Saſſenu… *&* Auctore.

DIe Jovis 4. Auguſti 1740. circ… medium ſextæ poſt meridiem f… liciter advenimus *Mariæ-montes*, ac ſin… mora nos contulimus ad fontem quem… indigenæ loci *Spadanum* nuncupant a… omni retro memoria celebrem.

§. 1. Hujus fontis ſcaturigo con… ſpicua eſt in prato adjacetque radicibu… montis, à quo protegitur contra fr… gus Aquilonis. Hocce pratum ita e… viridario Caſtri conterminum, ut ne… mus à fonte tantùm ſeparet via reg… quâ *Binchio* itur *Nivellas*.

Fons viridarium ſpectat in parte Au… ſtrali; ipſam porro arcem Regiam i… latere Orientali : via autem utrimqu… compendioſa eſt quam ſeptem hor… minutis facilè eſt emetiri.

2. Hic fons poſitâ libellâ in ſuperfi… cie ſuæ ſcaturiginis largitur centum & triginta vaſa, ſive ſeptingentos & octo… ginta pedes cubicos aquæ ſuæ in ſingu…

las horas : computato pedis cubici volumine ad sexdecim pocula, quorum mensura capax est quatuor circiter librarum Medicarum

3. Exonerat verò sese in parvulum quemdam rivulum distantem aliquot ab ejus scaturigine passibus, ac in decursu transituque suo ubique & potissimum in lapidibus, quos alluit adhærentem materiam deponit flaventem adinstar ochræ aut rubricæ, cum in pulverem rediguntur.

In fundo, inquam, quo ejus aqua promanat, manifesta sui relinquit vestigia, quantitatem scilicet notabilem substantiæ cujusdam flavæ, luteæ, poris & meatibus plenæ, utique spongiosæ.

4. Aqua hæc limpidissima est aspectuque jucunda, recens è fonte hausta odorem spargit volatilem sulphureum, alisque pene nidoris qualem emittunt ova putrescentia, Odor hic porrò velocissimè fugax esse percipitur, paulatim namque ita minuitur ut tandem evanescat.

5. Sapore linguam afficit non absimili, ac præterea ferrugineo ac leviter adstringente : continuusque perdurat idem sapor & potissimum levis adstrictionis.

Si autem hæc aqua vigoris sui adhuc plena bibitur, ructusque suscitet, postquam aliquamdiu etiam epota est, ructus illi eumdem referunt odorem & saporem.

6. Si Aquæ *Mariæ-Montensi* admisceatur pulvis Nucum Gallarum colorem mox induit purpureum, eumque planè fuscum, qui eo magis intenditur, quo diutius in ea relinquitur pulvis commistus.

Si effundatur sic tincta, ut dictum est, eidemque vitro nova è fonte infundatur aqua, remanentibus in fundo Nucibus Gallis: hæc eadem colorem protinus acquirit & quidem magis intensum quàm erat illius quæ fuit effusa.

Quin imo si aqua omnis cum ipso pulvere Gallarum effundatur, & eodem vitro nova recipiatur, prorsus hæc quoque tingitur colore pulchrè purpureo transparente à solis ramentis quibusdam vitro adhærentibus. Quid? Quod vitrum ipsum appareat colore purpureo pertinaciùs imbutum.

7. A foliis quercus contritis & injectis idem inducitur color.

8. Nec chartæ cæruleæ nec dissolutioni Heliotropii ullam notam imprimit neque colorem ejus immutat.

9. Syrupo violarum aliquantam viredinem affert; sed dumtaxat postquam aliquo tempore facta est horum permistio.

10. Hæc aqua ab affusione aquæ Fortis, in qua argentum purissimum est dissolutum, statim turbatur, & cinereo colore propemodum rubido inficitur, ac tandem omninò redditur opaca & planè fusca.

11. Sal Tartari in eadem dissolvitur, nullaque mutatio ab hac mistione fieri percipitur.

Oleum tartari per deliquium affusum isti admiscetur quoque sine alteratione ulla sensibili, apparetque aqua non minùs quàm ante affusionem pellucida, diversi tantummodo saporis est, veluti salis tartari.

A liquore nitri fixi eadem contingunt.

12. Idem quoque observatur fieri à spiritu volatili salis ammoniaci.

13. A saccharo saturni insperso statim albescens lactescit, & post aliquam moram præcipitatur pulvis albicans.

14. Ab affusione salis ammoniaci in aqua dissoluti nulla intervenit mutatio vel coloris vel saporis, quem habet naturalem sal ammoniacum: nec ullum percepimus odorem volatilem.

15. A ſolutione mercurii ſublimati in aqua facta perſtat aqua hæc mineralis æquè limpida, nec ulla viſa fuit fieri præcipitatio.

16. Ab oleo calcis fit aëreo colore cæruleata.

17. Ab aceto vini deſtillato, utì à ſpiritu nitri aut vitrioli neutiquam immutatur.

18. Aqua Fontana tranſlata ad Caſtrum in lagena aperta & ibidem protinus examinata immutatur quoque à Nuce Gallarum, ſed colore longè minùs purpuraſcente,

19. Aqua verò Fontis, quæ clara die ad caſtrum tranſlata fuerat in vaſe amplo æneo aperto, tingebatur tantùm colore naturali Nucum Gallarum.

20. Aqua evaporata ad duas E. Gr. tertias non immutatur amplius ab inſperſo pulvere Nucis Gallæ.

21. Nec ulla macula inficit chartam cæruleam.

22. Syrupus violarum ab hac aqua viridatur.

23. Acidis injectis non efferveſcit.

24. Non præcipitat mercurium ſublimatum in aqua communi ſolutum.

25. Aquæ, in quibus ad fundum delapſum eſt omne earum ſedimentum vel illius ſolummodo pars, à Nuce Gallarum non tinguntur amplius.

26. Hâc aquâ appensâ in bilance
cum Spadana, urimque in pari men-
ſura, ejuſdem pariter ambæ ponderis
fuerunt: attuleramus autem nobiſcum
lagenam Spadanæ illius quæ *Pouhonſii*
appellatur.

27. Lac cum aqua hac commiſtum
aut etiam coctum non coagulatur.

28. Feces à potu copioſiore aqua-
rum plerumque nigricantes excernun-
tur.

29. Aqua hæc fontana aſſumpta ferè
ſemper excernitur per vias urinarias,
raro admodum per alvum.

Illud equidem nobis ita contigit,
cùm quiſque noſtrûm eodem mane po-
titaſſet libras circiter ſex ſeptemve.

30. Cum prope Fontem *Marimon-
tenſem*, de quo hactenus egimus, qui
larga ſcaturigine ſalit, plures alii ejuſ-
dem ferè naturæ hinc inde apparerent
in vicino ſolo, verùm longè mino-
res, ita & parciores aquâ, in harum
originem juſſimus inquiri, & rimando
terram, invenimus effoſſos lapides me-
tallicos. Nec ullus dubio locus eſt
quin inter *Pyritas* ſint collocandi. Si
quidem non in iis tantum manifeſtè
conſpicua eſt vena ferri, verùm fla-
vis ac ſplendentibus maculis veniſque
inſtar marmoris variegati micant.

31. E lapidibus hiſce in calcem deinde in pulverem redactis Magnes attraxit plures particulas ferreas, quæ ſicuti pili barbæ denſæ ei adhæſerunt.

32. Hujus aquæ menſuræ quinquaginta quatuor, quarum ſingulæ pendunt libras tres cum unciis quatuordecim, in fictilibus vernigine ſolita illitis poſt evaporationem præbuerunt ſedimenti, ſeu pulveris ſubſalſi pallidè flaventis drachmas ſex.

Notandum hîc impoſſibile ferè eſſe ut exactè ſtatuatur colligenda ſedimenti quantitas, præſertim dum in vaſis argillaceis tamque capacibus fit evaporatio, unde tamen modica quantitas colligitur : quandoquidem non aliter fieri poſſit, quin in hac operatione ſedimenti non minima portio tenaciter & indiſſolutè adhæreat lateribus omnium ejuſmodi vaſorum, quæ ex figulina prodeunt.

17. Auguſti 1740. prima vice convenit mecum Clariſſimus *De Villers* ad ædes Expertiſſimi *Saſſenus* Chymiæ Profeſſoris, ſimul inchoaturi manè & poſt meridiem analyſim ſedimenti relicti poſt evaporationem aquæ mineralis, quam feceramus *Mariæ-montibus* inſuper & terræ iſtius flaveſcentis inſtar ochræ quam collegimus in rivulis

ıos aqua format & proluit à suo fon-
recedens. *Vide* §. 3.
33. Sedimenti hujus drachmæ sex
ɔctæ fuerunt in aqua pura distillata,
que hæc deinde dum sedimento isto
ıbuta atque per chartam emporeticam
ɔlata fuit; superfuerunt in eadem
ıarta bibula materiæ cujusdam ter-
ːstris drachmæ quinque & circiter
rupulus unus.
34. Lixiviâ verò hâc evaporatâ in
ındo vitri remansit sal quoddam sa-
oris paululum amarescentis.
35. Hoc sal etiam microscopio ad-
ıoto perspectum nullius salis exhibuit
guram specialem.
36. Aëri libero expositum citò hu-
ıectatur ac ferè liquescit.
37. Hujus salis grana tria absorpse-
unt ac edulcaverunt guttas tres spiri-
ûs vitrioli, postquam priùs visæ fue-
unt utriusque particulæ mirùm inter
e luctari, agitari, intumescere & ebul-
ire.
38. Grana itidem tria ejusdem salis
ommista cum æquali portione Nitri
ninutim divisi posita fuerunt super te-
gulam candentem & nullus perceptus
uit crepitus.
39. Neque sonus rei detonantis.
40. Nec mistum hoc intumuit.

41. Nec in fluidum eliquescere apparuit.

42. Sed sensim & sensim redactum fuit in massam nigram, quæ velut in cineres versa est.

43. Idem sal decoctum Gallarum paulatim mutavit in liquorem coloris misti ex cineritio & tenui flavo.

44. In vitrum, ex quo facta fuit evaporatio, infusa fuit aqua pura distillata, ut abluerentur quæ firmiùs adhæserant salis particulæ: hæc porro aqua his salis reliquiis imbuta syrupum Violarum reddidit viridescentem.

Post moram unius noctis viror apparuit magis intensus quàm etiam ille quem sal tartari induxerat eidem syrupo permistum.

45. Effusa eadem aqua super chartam cæruleam non immutavit ejus colorem.

46. Maculam rubram impressam eidem chartæ à spiritu vitrioli post quadrantem horæ delevit ac colorem restituit cæruleum minùs tamen vividum.

47. Solutio mercurii sublimati ab affusione dissoluti istius salis albescit.

Post unum verò alterumve diem observavimus præcipitatum fuisse & subsedisse in fundo crassamentum aliquod albicans.

48. Aqua Fortis in qua dissolutum rat argentum purissimum ab affusione olutionis salis aquæ Marimontensis rotinus visa est albescere; postque liquot horas præcipitatum fuit sedinentum aliquod coloris cineritii. Liquor verò supernatans purpurascebat.

49. Eadem solutio fuit commista spiritui nitri, in quo erat dissolutus Mercurius vivus; & mistura hæc visa fuit albicans, præcipitante sese etiam nateria albicante.

50. Dissolutio ejusdem salis ab affusione olei Calcis redditur turbida & cita subsequitur præcipitatio pulveris cineritii coloris: ac unius noctis interpositâ morâ visæ sunt supernatare quasi particulæ oleosæ.

51. Materia quæ superest in charta emporetica post colaturam fit coloris misti ex cinereo & flavo.

52. Ex hac materia sublevavit Magnes sibi adhærentes quasdam particulas instar tenuissimorum capillorum.

53. Ex sedimento quod in lagenis reperitur Magnes attrahit pariter similes aliquas particulas.

54. Sedimentum istud dum per dilutionem aquæ sale suo exutum imponitur tegulæ candenti, vix ullam immutationem subit; non crepitat,

neque ſcintillat : at poſtquam aliquandiu vi ignis expoſitum fuit ex illo viſus eſt Magnes attollere miculas aliquas ferreas.

55. A diſtillato aceto vini & huic pulveri terreo (51.) ſuperfuſo obſervatus fuit manifeſtus conflictus velut effervefcentibus & inter ſe fluctuantibus conſpicuis bullulis, idque tempore notabili duravit.

Poſtquam aliquandiu calori fuerat expoſitum hoc miſtum & exinde refrigeratum, & colatus fuit liquor illi ſupernatans remanſit pulvis ſubtiliſſimus qui tactu vix percipi potuit.

56. Ex hoc pulvere nihil ſecum Magnes abſtulit

57. Idem pulvis ſuper tegulam candentem depoſitus, nullo motu agitari viſus eſt perſtititque immutatus : quod ſolum notavimus exile fuit in ejus colore qui videbatur fieri magis cinereus

58. Poſt hoc admotus Magnes viſus eſt miculas quaſdam ferreas attraxiſſe

59. Granis tribus hujus terræ affuſus fuit guttatim ſpiritus vitrioli, unde protinus lucta quæ ebulliens efferbuit A quatuor vel quinque guttis affuſis factum fuit quaſi aliquod coagulum quod poſtea rurſus diſſolutum fuit Poſt affuſionem quindecim guttarum

contigi

contigit solummodo saturatio, hoc est
nulla ampliùs inducitur commotio;
quantumvis affundatur spiritus vitrio-
li.

60. Mistum hoc erat gustui insipi-
dum; at odorem penetrantem spiritûs
vitrioli aliquantulum adhuc spirabat.

61. Sedimentum hoc (51.) com-
mistum cum parte æquali Nitri, & po-
situm in tegula candente, neutiquam
detonuit.

62. Non crepitavit.

63. Non intumuit.

64. Sed terream inertem reliquit
massam. Ex qua tamen Magnes unam
alteramve elevavit particulam.

Examen Ochræ sive materiæ illius flavæ, quam aqua deponit a scaturigine decurrens.

65. Flavus Ochræ pulvis positus in
tegula candente emittit scintillas, sta-
timque fit rufus ac fuscus.

66. Ab hoc pulvere frigefacto Ma-
gnes elevat plures particulas.

67. Ex lixivia unciarum sex ochræ
coctæ in aqua distillata post evapora-
tionem octo remanserunt grana salis,
præter id salsi quod vitro firmiùs ad-
hæserat.

68. Hoc porrò sal facilè quoque in

aëre liquescens abit in materiam p
guem ac quasi glutinosam.

69. Estque saporis salsi simul
nauseosi.

70. Solutio ejusdem grave olet f
instar expressionis millepedum; q
integrâ nocte neglecta in vase non o
turato nullum ferme odorem emi
ampliùs.

71. Hoc sal in aqua dissolutum
sæpius colatum per chartam empo
ticam exhibet colorem lixiviæ val
saturatæ.

72. Sal hoc colorem chartæ cær
leæ non immutat, prout nec macula
rubram eidem impressam à spiritu v
trioli.

73. Permistum cum syrupo viol
rum non inducit ullam mutatione
nisi post plurium horarum intervall
dum apparet color nonnihil viride
cens.

74. Solutio salis ochræ affusa d
cocto Gallarum recenti & valde tinc
induxit colorem cineritium: ac pau
post visa fuit materia quædam alb
cans ad fundum subsidere.

75. Hujus salis grana tria in pulv
rem redacta, & cum æquali portio
Nitri quoque in pulverem triti in cr
cibulum candens projecta detonu

unt subitò cum scintillarum emissio-
e.

76. Spiritus vitrioli affusus huic sali
ullum effervescentiæ aut conflictûs in-
icium præbuit.

Dissensere tamen quidam experi-
aento præsentes, quibus visum fuit
stud mistum modicè intumescere. Ut-
t fuerit, nullæ sunt observatæ bullu-
æ, neque ulla spuma visa fuit ascen-
ere.

77. A commistis hisce sparsus est
dor gravis fœtidus quasi rei putres-
entis, qualem exhalant lumbrici ter-
estres exsiccati, dum minutim con-
unduntur.

78. Solutioni Lunæ ubi mista fuit
olutio salis ochræ, cinereus statim pro-
iit color, præcipitataque fuit materia
oloris cinerei seu potius albicantis.

79. Ab affusione spiritus nitri, in
uo dissolutus erat Mercurius, facta est
ræcipitatio materiæ subflavæ.

80. Eadem solutio mista cum oleo
artari per deliquium, post moram unius
octis, produxit sedimentum cinerei
oloris.

81. Eidem solutioni affusum fuit
leum vitrioli & præcipitata fuit ma-
eria flocciformis alba.

Exhibentur experimenta facta cum materia terrea Ochræ.

82. In tegula candente posita fuit illa pars ochræ, quæ post lixiviam colatam remanserat in charta emporetica, & mox emisit quasdam scintillas, ac reddita fuit rufa, Magnesque elevavit plures particulas.

83. Eadem materia fuit posita in crucibulo candente ignique exposita spatio duarum horarum, pars, quæ fuerat in fundo crucibuli atque ideo magis in calcem redacta, multas dimisit particulas Magneti adhærentes; sed longè plures adhæserunt ab ea parte sedimenti, quæ summum crucibuli occupavit, ideoque minùs in calcem redacta fuit.

84. Ochra mista cum nitro & in crucibulum candens projecta emittit exiguas scintillas.

85. Huic eidem ochræ suo sale privatæ additum fuit oleum Vitrioli aquâ dilutum. Ubi aliquamdiu simul digesta fuerunt in calore moderato, mox sapor sese manifestavit vitriolicus.

Trans colum trajectus liquor colorem *Thée Boe* & tincturam Gallarum in instanti mutat in nigrum instar atramenti. Idem liquor si evaporetur relinquit Massam tenacem glutinosam; & fuscam.

Recensentur alia quædam deinceps instituta experimenta.

86. Mense Septembri accepi *Mariæ-Montibus* aliquot pocula aquæ Fontis in lagenis minùs accuratè clausis, ac post plures septimanas apertis lagenis inveni aquam claram & limpidam, quæ nullum odorem contraxerat, gustu primùm videbatur insipida, verùm postmodùm adstrictionis alicujus sensum relinquebat etiam per aliquod temporis spatium.

87. Aqua hæc ab immissione pulveris Nucum Gallarum alium non induit colorem præter illum, quem naturalem & sibi proprium communicant Nuces Gallæ.

88. Ab adjuncto syrupo violarum post unum alterumve horæ quadrantem factus fuit viridescens vel subviridis.

89. Aquam hanc in amplo vase vitreo exposui mense Septembri calori solis. Vixque incepit incalescere dum protinus plures apparuêre bullulæ instar margaritarum aut minimorum globulorum mercurii vivi currentis, quarum aliquæ dispersæ intrà aquam observabantur, plures parietibus laterum vitri, aliæ fundo ejusdem adhæserunt. Post aliquod temporis spatium, calore

pellente, pars maxima in auras evanuit, quæ supererant noctu dissipatæ sunt.

90. Eodem tempore quo aqua incalescebat ac bullulæ in apricum prodibant, exhibuit sese materia quædam pulverulenta coloris cinerei fluctuans intrà aquam.

Pulvisculi hi, qui primò dispersi erant, simul tandem coëuntes & coadunati efformârunt quasi flocculos quosdam coloris subflavi; qui postquam aliquandiu fluctuantes innatârant aquæ, plures sibi tandem impliciti flocculi, varios exhibentes distinctos floccos, ad fundum delapsi sunt, ac constituerunt sedimentum subflavum.

Ex hoc porrò sedimento exsiccato natus est pulvis aliquis coloris misti ex flavo & rufo, affinis pulveri rubricæ.

91. Pulvis hic positus super tegulam candentem non solùm emisit scintillas, sed plures ejus particulæ accensæ fuerunt, flammamque effuderun[t] cæruleam odoremque emiserunt sulphuris mineralis accensi.

92. Nullus perceptus fuit crepitus nec tonatio.

93. Nec visus fuit intumescere pulvis.

94. Pulveri huic per pauca minut[a] in calcem redacto, ac deinde refrige[rato]

rato super eamdem tegulam, admotus Magnes attraxit subitò plures particulas quæ ei adhæserunt instar pilorum ferreorum.

95. Cùm morantes *Marimontii* non possemus habere pisciculos, ut immitteremus in aquam fontis mineralis, observaturi num in vivis inibi manerent & quamdiu; Experimentum curavimus fieri per aliquem alium qui nobis sequentia scripsit : commendatam experientiam tentavi: pisciculum scilicet in aqua & origine fontis deposui; ubi observavi vegetum illum alibi natatorem dumtaxat perdurasse ad summum septem horæ minutis in hac aqua non sua, priusquam totus deficeret jamjam extinguendus; cui protinus succurri solitæ eum aquæ restituens, unde captus fuerat, in qua opus habuit integro minuto ut liber fieret deliquiô, exinde priori vitæ redditus est.

Notandum hîc est : hoc experimentum fuisse institutum tempore frigido hujus mensis Octobris.

Offero ergo tibi, Humanissime Lector, spectanda experimenta, quæ Collegis meis & mihi subministravit aqua fontis *Marimontensis*, dum quæcumque ejus ingredientia sollicitè examinavimus, ita liceat dicere nec oleum

nec operam nos perdidisse, cum qualiscumque successus non fuerit inanis.

Si quis objiciat; non omnia quæ observavimus in eamdem consequentiam conspirare, eò usque ut primo intuitu quædam in contrariam partem videantur pertrahi posse : attendat quàm sincera nobis religio fuerit quo minùs aliquid subticeremus; candidè enim exposuimus omnia quæ oculis & sensu percepimus, nec blandiri cuipiam, ut placeremus, nec publico illudere dedecorosè volentes, probè gnari ex omnibus, quæ perspeximus, simul collatis, intimam aquarum istarum indolem tantùm cognosci posse.

Ante omnia igitur fixam nobis legem statuimus, quod muneris nostri ratio exposcit, ut nullum experimentorum speciosa verisimilitudine ornaremus; procul absit ut mendax ausi simus obtrudere, eaque ratione analogicas conjecturas procul amandavimus, ne dubium aliquod compertæ veritati substitueremus: hinc nudè exponentes ea, quæ facta experimenta oculis & sensibus exhibuerunt, quo Lector quisque etiam sententiam suam promat, lubenter etiam audituri quidquid censuerit de iis, quæ opinioni nostræ contraria judicaverit.

Obvia se hìc offert quæstio: an aquæ laudatæ semper & constanter easdem servent qualitates, an eorum quæ per artis operam ex iis eliciuntur eadem futura sit posthac æqualitas? Hoc sanè quis ausit decidere? Semel dumtaxat salientes ex scaturigine examini subjecimus, multarumque rerum necessariarum penuria obfuit quò minùs desiderio nostro planè fieret satis.

His adde tempestatem totius penè anni enormiter pluvii, suspicionem nobis meritò ingerere alterationis, quam generaliter in omnibus naturæ operibus fructibusque terræ deploramus: & ne quis Spadanas aquas immutationis putet esse immunes, quotidianis ibidem observationibus contrarium poterit edoceri.

Dum itaque sæpius & diversis anni temporibus nobis licuerit aquarum *Marimontensium* Analysim aggredi, tum de earum efficacia, de rebus mineralibus in earum liquido contentis ampliore fiduciâ certiùs ratiocinabimur.

CAPUT III.

Ex præmiſſis experimentis per conſequentiam enodantur aquæ qualitates, ipſorumque pariter Mineralium, à quibus gravidantur.

AQua Fontis *Marimontenſis* limpida eſt, pellucida, puriſſima, ac levis admodum, aëriſque ſubtilioris quantitate non minimâ gravida.

Solo aſpectu opus eſt, ut priores prænotatæ qualitates ad oculum demonſtrentur.

Levitatem confirmat ejus in lance ponderatio collata cum *Aquis Spadanis*, in libra quoque appenſis. §. 26.

Aëris copiam demonſtrant bullulæ illæ, quæ elevantur, ubi aqua hæc calori exponitur. Exp. §. 89.

Utcumque aqua hæc limpida & pura appareat, ipſa tamen, ut aquæ ceterorum omnium fontium, intrà ſinum ſuum reconditas ac ſibi interfluctuantes habet particulas ſolidiuſculas. Nec quidquam obſtat, quò minùs aquæ limpidæ ac pellucidæ contineant ac intra poros ſuos abditas habeant quaſdam particulas ſolidas ſummopere attenuatas, diſperſas, &c. Modò hæ

ta sint dispositæ, ut poros non occludant, sed radiis concedant liberum transitum.

Quæ aqua igitur *Marimontensis* complectitur corpora visum subterfugiunt nec in apricum prodeunt, nisi ope variorum experimentorum ac tentaminum Physico-Chymicorum.

Variis porrò modis ac multifariè procedere solent ii, qui ea, quæ in aquis occulta & recondita latent, indagant curiosiùs. Ope imprimis diversorum instrumentorum Mechanicorum, ut Anthliæ Pneumaticæ, Cilindri Statici, Aëreometri, Bilancis, Thermometri, Microscopii, Magnetis & similium examinantur aquarum qualitates.

Altera aquarum naturam explorandi ratio est, cum iis vel recens è fonte haustis, vel aliò in lagenis accuratè clausis translatis miscêre varia corpora, ut ex alteratione & immutatione, quæ ex hac vel illa mistura observatur contingere, judicari queat de indole aquarum, hæcque ingredientia adesse vel abesse.

Alius aquas explorandi modus est: easdem distillare, ut cujus sit naturæ humidum quod colligitur innotescat, & ut deinceps examinari possit com-

modiùs quod, omni humido abſtracto, ſuperſtes remanet.

Alii hunc ad finem aquas ſolummodo calore ignis vel ſolis evaporant.

Aliud aquas examinandi eſt artificium: nempe aquarum certa quantitas exponitur tempore hyëmali frigoribus & aquilonibus ut durefcat & concreſcat. Ubi ferè omnis hæc aqua circumgelata eſt ad ſui medium uſque; congelata hæc maſſa perforatur ut effluere poſſit & colligi materia omnis ſubtilior aut ſalina, quæ concentrata in centro hujus glaciëi detinetur. Eadem hæc maſſa ubi regelatur ſponte deponit partes ſuas craſſiores, terreſtres &c.

Ad aquarum ingredientia detegendum quàm plurimùm quoque facit examen vel eorum, quæ decurrentes à ſcaturigine in incilia rivulosve deponunt, vel ſedimentorum quæ ad fundum vaſorum, in quibus aliquandiu conſervata ſunt, dimittunt.

Nec inutile eſt conſiderare loca, unde derivantur & profluunt fontes, nec non indagare mineralia quæ in circumjectis fontis locis reperiuntur: Tales enim ſunt aquæ, qualis eſt natura terræ per quam fluunt, ut loquitur *Ariſtoteles*.

Cùm verò non potuerimus hactenus

præṅotata omnia media, quibus aqua-
rum proprietates, ipſorumque pariter
corporum à quibus gravidantur, inve-
ſtigantur, in uſum ducere, proluſione
quadam impræſentiarum de aqua Ma-
rimontenſi ago: donec tempore op-
portuno plura conceſſum fuerit inſti-
tuere experimenta.

Ex iis verò, quæ potuimus inſtitue-
re, experimentis Phyſico-Chymicis
deteximus: Soterium hunc fontem
manifeſtè continere particulas fer-
reas ſummopere attenuatas, diſſolu-
taſque in puriſſima hac aqua. Ferru-
gineus id indicat ſapor. *Vide* Exper.
1.

Idem confirmat color purpureus ac
fuſcus, qui promptè inducitur à miſ-
cela pulveris Nucum Gallarum. (Exp.
.) aut infuſione foliorum Quercus.
Exp. 7.

Evincit terra illa flava rubricæ inſtar
aut ochræ, quam deponit in rivulum,
per quem aqua à fonte defluit. Exp. 3.

"Nullum fontem Medicatum vidi-
mus, ait Celeberrimus *D. Hofman-
nus tractatu de Convenientia Elemento-
rum fol.* 131. "nullas thermas vel aci-
dulas, quæ non circa ora Fontana
ochream magis vel minus flaveſcen-
tem maſſam depoſuerint, quæ bene

„elota & calcinata non exhibuerit pul-
„verem, cujus ramenta Magnet
„promptè accesserint.„
Demonstrat denique Magnes, qu
elevat ex hac ochra nonnihil calcinat
ferreas particulas ei instar pilorum
ferreorum adhærentes. Exp.66.82.83
Ochram denique hanc ferro esse di
vitem evincunt experimenta 65. 78
85.
Jam autem nemo in dubium facil
revocabit, quin ochra hæc vere & rea
liter exstiterit in aqua fontis dum e
scaturigine sua prorumpit in aëra: it
tamen ut aëri liberiori jam exposita pe
diderit quod erat ei sociatum corpu
volatile, particulæque quædam eju
ab invicem secesserint, ac alia iniveri
connubia. Sed hac de re postea latiu
Verùm nullus dubio locus relinqu
tur quin ferreæ particulæ continea
tur in aqua *Marimontensi*, dùm cons
deratur Magnetem elevare quoqu
particulas quasdam ex sedimento, quo
aquæ sponte deponunt in lagenis,
quibus conservantur, aut vasis in qu
bus ope caloris externi præcipitatu
fuit. Vid. Exp. 52. 53. 54. 58. 64. 66. 9
Ferrugineus igitur hic fons non co
tinet venæ ferri mollioris, seu en
ejusdem primi, sed ferri perfecti pa

culas integrales : illas enim non at-
ollit Magnes. Quidquid à Magnete
evatur ferrum eſt.
Ferreas in aqua hac contineri parti-
ulas confirmant quoque feces nigræ
uæ à potu ejus excernuntur. Exp. 28.
Ferri quoque latentis indicium præ-
et Exp. 10.
Ferrugineum denique eſſe fontem
ſpicari licet, quòd lapis pyrites cir-
um fontem reperiatur.
Docet nos quoque Analyſis hujus
uæ ei in ſcaturigine ſua interſperſum
ſe ſpiritum quemdam mineralem ſub-
liſſimum ac ſummè volatilem vitrioli
t potiùs, ut ego quidem arbitror,
lphureum. Qui à vulgari tamen dif-
rt, quòd ille ſummopere attenuatam
ſubtilem redditam pinguedinem con-
nctam habeat.
Sulphureum verò hunc ſpiritum de-
gnant ſapor & odor aquæ recens ex
aturigine hauſtæ. Exp. 4. & 5.
Eundem verò maximè eſſe volati-
m & ſubtilem patet ex eo; quòd ſum-
opere ſit fugax, ac intrà breviſſimum
mporis ſpatium diſſipetur in auras, ubi
ua liberiori aëri exponitur. Exp. 4.
Quodque eadem aqua cocta omnem
nittat odorem, ac ſaporis, quem habet
cens hauſta, partem maximam.

Spiritus porrò hic mineralis, quantumvis est subtilis ac volatilis, non videtur tamen esse indolis nimiùm expansivæ. Utcumque enim aqua *Marimontensis* spiritu hoc sit dives, intrà viscera corporis recepta calore loci non extendit se ultra modum; ventriculum nec distendit nec aggravat; non inducit flatus; vasa sanguifera non dilatat nimium; sanguinem vix rarefacit aut expansionis ejus aut elaterii nisum & impetum auget; non aggravat caput; non inducit somnolentiam nedum temulentiam.

Aquæ huic, dum integris adhuc est viribus, nec quidquam eorum, quibus in terræ gremio imbuta est, elementorum amisit, in ipsa fontis scaturigine permistas esse vitriolicas quasdam particulas, audacter asserere non vereor.

Cave autem ne protinus suspiceris, me credere in hac aqua hospitari vitriolum aliquod fixum. Apprimè mihi notum est hactenus Chymicos aucupes incassùm tentasse retibus quibuscumque irretire hanc avem.

Vitriolum, quod dicimus huic aquæ inesse, volatile est, compositum scilicet ex ferri particulis unitis cum spiritu prænotato sulphureo, summè volatili ac fugace.

Hocce

Hocce vitriolum volatile in aqua *Marimontensi* reperiri, dum intrà terræ viscera concluditur, aut jamjam in liberum prosilit aërem, docet imprimis color ille purpureus accedens ad fuscum, quô tingitur ab immisso pulvere N.G. illicò è fonte hausta, & quô non imbuitur si diutiùs aëri fuerit, aut calori ignis aut solis exposita. Vide Exp. 6. 7. 18. 19. 20. 87.

Quod phænomenon nulli alteri attribui potest causæ quàm deperditioni spiritûs istius mineralis, qui tam diu quàm aquæ immersus erat cum ferreis particulis associatus constituebat vitriolum illud volatile, quod protinus perit ac annihilatur ubi spiritus ille mineralis ferreas deserens particulas in auram sese attollit.

Verùm objiciet fortè aliquis, colorem prænotatum posse produci ab inspersо pulvere N. G. licet nihil adsit vitriolici, sufficere ut aquæ permistæ sint particulæ ferreæ. Docet si quidem experientia non solùm aquam, in qua ferrum candens sæpe extinctum est, purpureum quoque induere colorem à miscela ejusdem pulveris, sed & decoctum Gallarum ab immissa limatura Martis eundem assumere colorem.

Verùm patet à posteriori illud hic

nullo modo usui venire. Siquiden
aqua *Marimontensis*, dum nullum depo
suit sedimentum, adeoque & ferrei
adhuc fœta est particulis non tingatur
si diutius aëri liberiori vel calori fuer
exposita adeoque privata fuerit spirit
suo volatili. Sed spiritus hic volatil
solitarius nihil contribuet ut aqua à Nu
ce Gallarum mutetur in colorem illur
purpureum aut fuscum, nisi connubi
junctus ferreis particulis constituer
vitriolum quoddam. Ergo &c.

Huc etiam facit, non esse verisimile
ferreas particulas umquam sine union
alterius cujusdam corporis, ità atte
nuari, subtiles, levesque reddi, ut pe
se tamdiu dissolutæ innatent aquæ tar
levi & subtili, nisi ab alio corpore sir
dissolutæ, vel saltem ab æthereo spir
tu quodam elastico agitatæ aquæ int
mius unitæ & sociatæ serventur. Ve
rùm, ut quod sentio dicam, non appa
ret mihi aquam hanc ità divitem es
tali elemento æthereo ac elastico, qu
intùs agitatæ ejus particulæ teneantu
suspensæ &c. Verosimilius igitur mil
apparet, à spiritu illo volatili sulphure
intimè conjuncto cum ferreis particul
harum dissolutionem deducere.

Cum spiritus hujus vitrioli volat

tam facilè auras petat discedendi li-
rtatem nactus, ut vix aliquo tempo-
; spatio aqua e fonte hausta omnem
rè amittat odorem, ac alium non
nservet saporem nisi ferrugineum;
irum non est nullum vitriolum, sed
rri solummodo particulas exhiberi
sisti posse.

Docent quoque experimenta cum
ıc aqua instituta, sulphureas etiam
ıasdam partes in eadem hospitari ac
litescere. Præterquam quod aqua
eat & sapiat aliquid sulphurei volati-
; Exp. 4. 5. ac sal ochræ oleat quo-
ıe sulphur. Exp. 70. 71. 77. abeatque
materiam pinguem ac quasi gluti-
osam. Exp. 68.

Sedimentum, quod aqua soli expo-
ta demisit, positum in regula candente
on solum emisit scintillas, sed plures
us particulæ accensæ fuerunt flam-
amque effuderunt cæruleam odorem-
ue emiserunt sulphuris mineralis.
xp. 91.

Sal quoque ochræ detonat cum ni-
o. Exp. 75.

Nec mirandum est sulphureas hic
bservari particulas, si quidem docue-
it experientia: in aquis in quibus re-
eritur vitriolum volatile, in iisdem ple-
ımque deprehendi sulphur volatile;

quandoquidem â ſpiritu ſulphuris naſcatur ſubtile illud vitriolum.

Sed proſequamur examinaturi inſuper, quæ Analyſis Chymica ad oculum quaſi demonſtrat in hac aqua minerali contineri.

Materia illa, quæ ab evaporatione vel deſtillatione aquæ relinquitur in fundo vaſis, aut quæ ſpontè ſubſidit, aut quæ in rivulo decurrente à fonte deponitur ochræ vel rubricæ inſtar, componitur ex terra, ferro, & ſale quodam ſulphureo.

Ab hujus examine incipio. Sal quod educitur ex evaporata lixivia, ſive hæc facta ſit ex ſedimento prænotato ſive ex decocta òchra, conſtat ex ſale alcali fixo, non quidem puro & ſincero, ſed quod conjunctas ſecum fert & habet particulas quaſdam ſulphureas, acidiuſculas, ita tamen ut ſal illud longè prædominetur particulis hiſce acidis ac ſulphureis.

Hac quoque cum differentia, quòd prædominium hoc multò etiam magis ſit in ſale quod elicitur ex aquæ ſedimento nato vel ex evaporatione vel diſtillatione, quàm in eo quod provenit ex ochra, quod etiam deprehenditur irretitum magis eſſe particulis ſulphureis.

Sal igitur Aquæ Marimontensis considerandum est ut sal neutrum, compoitum scilicet ex acido & alcali, vel ut sal Hermaphroditicum, quod quasi mediam inter alcali & acidum naturam obtinet: ita tamen ut alcali longè excedat acidum.

Quin imo nullus dubito, quin sal alcali purum exstiterit in aqua, dum detinebatur adhuc in terræ gremio, vel dum ex scaturigine recens prodibat. Ut postmodum conabor ostendere.

Ut ut fuerit, sal quod oculis nostris sese sistit nuncupandum esse censeo *sal sulphuratum*, quod characteres plures adhuc conservat alcali. Juvat experimentis asserta hæc probare.

Sal hoc potissimum constare ex sale alcali patet imprimis, quòd in aëre citò humectetur & liquescat Exp. 36. 68.

Quod cum spiritu vitrioli ineat luctam effervescatque. Exp. 37.

Quòd decoctum gallarum sensim & sensim mutet in liquorem coloris misti ex cineritio & flavo. Exp. 43. 74. ut alcalica plus minusve facere communiter solent: quod syrupum violarum reddat viridescentem. Exp. 44.

Nec contra facit, ut communis est opinio, quòd solutio hujus salis effusa super chartam cæruleam non immuta-

verit ejus colorem. Ex. 45. 72. cum nec ſolutio ſalis tartari nec ſpiritûs ſalis ammoniaci id efficiant. Sufficit ut inter Alcalica numeretur, ſi maculam impreſſam eidem chartæ à ſpiritu vitrioli oblitteret. Vid. exp. 46.: cum ſal tartari eumdem edat effectum.

Idem verò ſal non eſſe purum Alcali demonſtrant ſequentia. Sapor ejus non eſt purus lixivioſus ſed amareſcens. Exp. 34.

Solutio ſalis ochræ non delet maculam chartæ cæruleæ impreſſam à ſpiritu vitrioli. Exp. 72.

Sal ochræ miſcetur ſpiritui vitrioli ſine ullo conflictu. Exp. 76.

A confuſo hoc ſale ſolutioni mercurii ſublimati materia, quæ fuit præcipitata, non eſt coloris aurantii, ut fieri ſolet ubi confunditur ſal alcali fixum. Exp. 47.

Materia quoque quæ præcipitata fuit ex ſpiritu nitri, in quo diſſolutus erat mercurius, eſt coloris albicantis, ubi qui præcipitatur pulvis à ſale tartari lutei eſt coloris. Exp. 49.

Sal, de quo agitur, non eſſe purum alcali, confirmatur quoque ex eo, quòd ab affuſione ol. tartari fiat præcipitatio. Exp. 80.

Cum ab admiſtione olei calcis præ-

cipitatio facta fuerit pulveris cujusdam coloris cineritii (vide Exp. 50.) non sine fundamento suspicor in eodem aliquid acidi vitriolici delitescere.

Hisce omnibus consideratis arbitror, sal quòd educitur ex lixivia vel sedimenti vel ochræ aquæ Marimontensis non esse sincerum alcali, sed tale quod consociatas habet particulas sulphureas & acidulas, in tam parva tamen quantitate, ut non tollant omnino alcalinam ejus indolem sed solummodo diminuant.

Sal ergo quod inest aquis alcalicum recepit quidem aliquas particulas acidas sed non ad plenam, ut loquuntur Chymici, satietatem, seu non in ea quantitate ut alcalina ejus indoles omnino exstinguatur; & transeat ad classem alterius cujusdam salis speciei, quod neutrum vocatur.

Operæ pretium facturus mihi videor, si rem hanc magis dilucidè explanem, exemplô generationis salium artificialium, quæ hujusmodi sunt naturæ. Sal igitur hoc naturale comparare licet sali tartari, cujus unciæ e. g. uni affunditur unus solummodo scrupulus olei vitrioli, ubi tamen plures affundi debent, ut habeatur sal illud neutrum, quòd vocatur Tartarus vi-

triolatus, qui non obtinetur perfectus nisi confundatur sali oleum vitrioli ad satietatem. Rectè assimilatur rursus sali Tartari cui permista & à quo abstracta est tantùm una libra aceti, cum tamen admisceri debeant plures libræ, ut fiat terra foliata tartari completa.

Proximiùs indolem salis illius ostendit experimentum sequens à me institutum. Sal tartari in pulverem subtilem redactum ac positum in charta emporetica superposui fumo sulphuris ardentis, tempore quatuor minutorum. Hoc sale seposito substitui aliud, quod expositum mansit eidem fumo spatiô octo minutorum. Superposui denique tertium quod excepit fumum tempore quadrantis horæ. Atque ita obtinui tres species salium alcalinorum sulphuratorum, differentes tantum juxta majus vel minus, ut loquimur in scholis, sive quorum unum minùs aliud verò magis acidô sulphuris imbutum est.

Detexi porrò per experimenta cum salibus sulphuratis hisce artificialibus instituta, eadem quàm plurimùm convenire cum sale Fontis Marimontensis, ac plures similes edere effectus cum aliis corporibus permista.

Antequam sermonèm de sale abrumpam, liceat verbô hîc indicare, unde putem fieri ut sal qui educitur ex ochra minùs sit alcalicus quàm ille qui elicitur ex lixivia sedimenti.

Notum imprimis est, salia Alcalica, dum diutius aëri manent exposita, alcalinam deperdere indolem. Sed & alia manifesta est ratio: nempe ochræ conjunctas reperiri plures particulas unctuosas sulphureas, quæ irretiendo ac involvendo salinas harum actionem plurimùm impediunt. Vide Exp. 68. 69. 70. 71. 85.

Separatô sale à sedimento vel ochra, superest terra quædam Alcalina, absorbens, levissima, quæ in pulverem redigitur facilè, quæque conjunctas secum habet particulas quasdam ferreas.

Terram hanc alcalinam esse & absorbentem docent Experimenta. 55. 59. 60.

Eandem quoque esse summè friabilem, ac talem quæ in pulverem subtilissimum resolvatur facillimè demonstrat experimentum 55.

Quod verò sociatas habeat particulas ferreas probant experimenta 52. 53. 54. 82. 83. 94.

Ferreæ verò quæ in terra hac reperiuntur particulæ sunt illæ, quæ à spiritu sulphureo jam in auras dissipato liberæ ad fundum secedentes terræ sese consociarunt.

CAPUT IV.

In Genesim harum permistionum, & modum quô coadunatæ profluunt inquiritur.

NOn disputabo hîc de hujus fontis aut aliorum Fontium origine, res hæc spectat potiùs ad Physicos; ego ut Physico-Chymicus statui examinare solummodo, unde provenerint, quomodo producta & coadunata fuerint ea, quæ ostendimus specialiter in hac aqua recondi.

Fontis igitur hujus originem suppono eandem esse quæ ceterorum est fontium. Eorum verò, quibus aqua hæc mineralis singulatim gravidata est, ortum deduco à duobus potissimùm distinctis corporibus in terræ visceribus, quæ aqua hæc fontana perfluit, hospitantibus. A Lapide scilicet *Pyrita*, & à sale quod à veteribus *Nitrum* seu *Natrum* nuncupari solebat.

A Lapide Pyritês imprimis Genesim Ferri, seu vitrioli istius Martialis

volatilis, deinde sulphurearum quarumdam particularum, ac denique spiritus sulphurei subtilissimi ac summè fugacis arcesco, uti & particularum quarumdam materiæ terrestris ferrugineæ.

Salis verò, quód aquis inest originem repeto à sale *Natro*. Terræ vero istius alcalinæ & absorbentis, quam copiosiùs præ ceteris materiis vehit hic fons, ortum deduco, pro parte scilicet maxima, à salis prænotati matrice terrestri, seu à particulis terreis, quibus salinæ alcalinæ particulæ *Natri* nuptæ ordinariè sunt.

Retulimus capite præcedenti circa fontem, qui est Marimontii, à nobis repertos fuisse lapides, quos vocant pyritas. Jam vero pyrita lapis, secundùm generalem authorum, qui de Mineralibus scripserunt sententiam, componitur potissimùm ex particulis ferreis & sulphureis, micatque plus minus fulgentibus particulis, seu, ut loquitur *Plinius lib.*36.*cap.*19. aureis scintillis vel argenteis respersa est pyrita. Cum ergo ostensum sit in præcedentibus aquam hanc divitem esse ochra pyritæ halituque sulphureo, non sine fundamento, ut mihi equidem apparet, ortum ferri, sulphuris, hali-

tûſque ſulphurei & materiæ terreſtris pro parte ſaltem aliqua à diſſoluta pyrita repeto.

"Ochram pyritæ eſſe ſobolem cen-„ſent omnes qui res haſce accuratiùs „examinarunt. Ochra rufeſcens ſive „fulva â pyrite ferè nata & in ple-„riſque acidulis certè atramentoſis in-„venta merum ferri metallum eſt, & „à Magnete poſt debitam uſtionem ex „toto allicitur.„ *Liſter do Fontibus Medicatis Angliæ fol*· 19.

Pyrita porrò prænotatas materias communicat & largitur huic aquæ fontanæ, dum hæc vel pura, vel jam modò ſpiritu quodam penetrante imprægnata (hoc vero mihi minus placet) affluens ad pyritas, harum penetralia ſubiens, earumdem compagem relaxat, diffringit, motum excitat inteſtinum quemdam attritûs plus minus validum, unde nexûs particularum pyritês fit diſſolutio, earumque attenuatio ac tandem in elemento aqueo ſolutio ; ferreæ fiunt ſui juris, ſulphureæ expediuntur ſuppeditantque halitum quemdam ſulphureum acido volatilem , qui ſeſe continuò conſociat ac connubia init cum ferreis particulis, unde hæ faciliùs ab aqua ſolvuntur quoque. Atque ita abripiuntur ab aqua compedibus mutuis

iberatæ hæ materiæ ac unà feruntur
d fontis ſcatebram : eodemque fortè
luxu abripitur pyritarum pars quæ-
lam terrea alcalina & ferruginea mo-
ibus jam dictis attenuata quoque.

En modum, quô meâ quidem ſen-
entiâ, à pyrita derivantur in aquam
ıanc fontanam ferrugineæ ac ſulphu-
eæ ejus particulæ; quô naſcitur ſpi-
itus ille volatilis ſulphureus, qui par-
im liber ac nulli alteri coadunatus cor-
pori diffunditur per aquam, & à cujus
ſubtiliſſimis effluviis dependet odor ille
penetrans, fugax, ſulphureus, partim ve-
rò conſociatus ac junctus ferreis particu-
lis conſtituit vitriolum illud volatile.

Prædicta confirmantur ex iis quæ
ſedulus ille fontium mineralium inda-
gator auctor Gallus tandem detexit
fieri in interioribus terræ, *Henricus*,
inquam, *De Rochas*, qui in ſcrutinio ſuo
thermarum fol. 5. cap. 1. refert ſeſe
fodiendo terram profundiùs tandem
perveniſſe ad thermarum initium, ibi-
demque â ſe repertam fuiſſe aquam fri-
gidam, guſtui inſipidam, ſcaturientem
ex terra. Obſervavit deinceps aquam
hanc in itinere ſuſcepiſſe ſal quoddam
minerale, quô imprægnata pervenit tan-
dem ad Marcaſitam ſulphuream : unde
mox intenſam ebullitionem, ſpumam,
ac ſummum æſtum concepit.

Verùm objiciet quiſpiam, in hac ſententia, aquam Fontis *Marimontenſi* debere potius eſſe Thermalem quàm Acidulam, ſeu oportere potius eſſe calidam quàm frigidam, cum non ſit facile conceptu prænotatam contingere pyritarum ſolutionem ſpirituſque ſulphure productionem ſine notabili incaleſcentia & æſtu, halituſque vaporoſi fervid per aquam diſperſione. Pari modo ac videmus accidere, ſi ferrum & ſulphu in pulverem redacta miſceantur & aquâ irrorentur ac in maſſam ſubigantur quæ maſſa etiam ſub terrâ recondita ſpatiô aliquot horarum incaleſcit, æſtuat fumos emittit fervidos odoremque exhalat ſulphureum, quin imo in flammas erumpit: atque tandem, deſinente tumultuario hoc motu inteſtino, ſi aqua affundatur eidem maſſæ, coletur evaporeturque lixivia hæc, purum largitur Martis vitriolum.

Ad hanc objectionem reſpondeo pluribus ex capitibus poſſe fieri, ut ſolutio quæ fit pyritæ perficiatur ſine tam notabili æſtu. Imprimis ſi ferreæ & ſulphureæ particulæ quæ componunt pyritam fuerint magis intricatæ & coercitæ, minùs liberæ & ſui juris per plures alias conſociatas particulas quibus quaſi compedibus ligantur; ſi minor ſit

lphuris quantitas, aut non requisita
oportio, solutio earumdem fiet len-
or, attritus particularum harum ad
vicem erit languidior & minor, atque
et solutio sine calorè perceptibili; utì
contingere solet in experimento quod
it objectum, si non debita quantitas
uæ affundatur. Non incalescunt igi-
r multùm aquæ, nec nascuntur Ther-
æ, nisi dum resolvuntur pyritæ per
ehementem attritum ac collisionem in-
nsiorem ac quasi vibrativum particu-
rum sulphurearum & ferrearum, un-
e summus excitantur æstus, excandes-
entia, particularum ignearum expan-
o summa. Hæc evidentia sunt, & ut
onstantis veritatis nota sunt omnibus,
ui naturam ignis ac caloris perspectam
abent.

Ad hæc, potuit aqua valde incaluisse
bi concurrebat ad pyritæ solutionem,
alorem verò omnem illum amisisse,
empe si diutius in terra commorata
uerit deinceps; si longius temporis
patium impendere ac per anfractuo-
os occultosque terræ meatus debuerit
ongè latèque vagari, antequam sca-
ebram potuerit attingere.

Quod verò spectat genesim salis, quod
eperitur in fonte Marimontensi, meâ
uidem sententiâ non apparet ortum

ejus aliunde posse rectiùs repeti quàn à sale alcali, quod in terræ visceribu reperiri hodiedum pro demonstrato ha betur.

Sal hoc à quibusdam nitrum appel lari solet sed minùs rectè; cùm facil inde queat oriri confusio : nempe u per nitrum intelligat quispiam *salen petræ*, cùm hìc sal ab omnibus hodie dum recepto nomine nitrum appellai soleat. Cùm tamen summa inter hæ duo salis genera intercedat differentia cui exponendæ hìc supersedeo, cùi lippis & tonsoribus ferè innotuerit.

Sufficit in rem hanc nostram si mc nuero : neminem hactenus invenisse *sa lem petræ* in interioribus terræ partibu: Sal petræ est sal aëreum, quod ex pin gui Alcalina terra aëreque liberiori prc ducitur supra terram & potissimùm ean in qua animalia excrementa sua depc suerunt.

Dum ergo in *Academiæ Regiæ Par. siensis* monumentis legitur; in his vel i lis aquis mineralibus inventum fuis nitrum, aliud non indicatur quàm *N. trum* veterum : "quod est, ut ait *Du clos Observationum super aquis mineral bus diversarum Provinciarum Galliæ* pag „17. sal sulphureum minerale quale a „cali plantarum.„ Et pag. 16. "Sal

„aquarui

aquarum.... ad duo genera reduci possunt, alia scilicet ad nitrum antiquorum quod est sal sulphureum minerale.„
Si quis igitur sal istud Alcali, quòd x terra eruitur, velit vocare nitrum, portet ut intelligat nitrum veterum, ɔ aliquibus *Natrum* nuncupatum, idue Ægyptiacum cum ibidem olim in ıbstantia copiosius effoderetur: Intelgat, inquam, purum sal alcali fixum c sulphureum, ut est sal tartari, sal odæ vel aliarum plantarum fixum, & uod ex earum cinerum lixivia educiur: quorum etiam saporem lixiviosum abebat Nitrum illud veterum. Alia igiur non intercedit differentia quam uod nitrum veterum sit sal quoddam lcali minerale quod in interioribus erræ reperitur. Quoad cetera similes rorsus producit effectus utraque salis lcalini species.
Nitrum igitur veterum seu sal hoc erræ alcalinum non modò ex gremio ıujus effoditur, sed aquæ vivæ & decurrentes per terræ interiora ubi fornarunt quasi lixiviam, sale hoc imbuæ ad scaturiginem plurimorum fonium mineralium deferuntur.
Næ ergo crassam suam manifestè prodit ignorantiam quisquis tale sal in

terræ viſceribus & aquis mineralibu
exiſtere audet negare.

Ex terra effodi ſal purum alcali mi
nerale docet terra illa, quæ prop
Smirnam aut *Epheſium* eruitur hodie
dum, inſervitque ibidem conficiend
ſaponi. Vid. *Hiſt. Acad. R. ſcient An*
1729. *pag.* 33. *Mem. pag.* 380.

Idem ſal educi ex pluribus fontibu
mineralibus, quibus gaudet *Gallia* do
cet prænotatus *D. Ducloſ. cap.* 8. *fol.* 91

In Germaniæ fontibus, quos vocan
Acidulas, pluribus ſi non ferè in om
nibus idem hoc ſal Alcali reperiri do
cet *Fred. Hofmannus* celeberrimus ill
fontium ſalubrium & medicatorum in
dagator. Juvat eumdem audire diſſe
rentem *in Diſſertatione de Element*
Aquarum Mineralium rectè dijudicand
& examinandis pag. 43. "Viciſſim pre
„cariò à quibuſdam aſſeritur ſal Alca
„inter foſſilia & in regno minerali no
„dari, ſed per artificium tantùm pa
„rari & vegetabilium eſſe prolem
„Contrarium enim evidenter demon
„ſtrari & oculis ſubjici poteſt, dum
„non modò ex thermis præſertim Ca
„rolinis & Emſenſibus, verùm etiam
„ex Acidulis, maximè Selteranis &
„Buchenſibus purum ſal alcali ſali tar
„tari quoad omnes effectus ſimile

elici & præparari potest. Neque enim, quod primus omnium ego observavi, purum acidum in acidulis delitescit, sed omnes quotquot sunt & dicuntur, in omnibus Europæ locis, sal alcali vehunt, ut potius alcalinæ dicendæ essent.,,

Verùm videor mihi jam audire objiientes, ex iis, quæ à me dicta sunt de ualitate salis quod educitur ex fonte 1arimontensi, patêre sal hoc non esse urum alcali, sed potius salis alicujus eutri speciem.

Huic objectioni respondeo. Illud uidem negari non posse, sed dico; sal uod educit artifex ex aqua Marimonensi nullo modo tale exstitisse in aqua ntra terram adhuc fluctuante. Perdit lud sal minerale alcalinam suam indoem, dum aqua eô imbuta ex scaturiine jam hausta aëri liberiori exponiur, vel etiam in lagenis inclusa conervatur: quando scilicet spiritus ille ulphureus, qui junctus ferreis partiulis constituebat vitriolum aliquod olatile, hasce jam deserens sali huic onsociatur ac coadunatur: atque ita roducit salis cujusdam neutri sulhurati; Ex. gr. speciem. Eodemque empore ferreæ particulæ factæ sui juis ac liberæ gravioresque tandem subdent.

Spiritus igitur ſulphureus volatilis qui in terræ viſceribus junctus ferre particulis componebat vitriolum ma tiale ſubtiliſſimum ac volatile natural quale nullo artificio hactenus produ potuit, jam nuptus ſali alcali produ cit ſal ſulphuratum.

Hæc confirmantur ex ſequentibus Aquæ *Marimontenſes* in lagenis accu ratè clauſis, & potiſſimùm tempore fr gido, notabili temporis ſpatio conſe vant qualitates ſuas integras, vel ſalte proximè accedentes, quas habent r cèns ex ſcatebra hauſtæ. Idque tum quòd ſpiritus volatilis per aquam di fuſus in auras evolare nequeat, tu quòd impediatur liber aëris acceſſus ſi tamen aquæ diutiùs conſervantur lagenis utcumque accuratè obturati & maximè ſi calori exponantur, ocy vel ſeriùs ſubſidet ad fundum lagen ſedimentum, compoſitum ſcilicet al quod ex terra alcalina, quod ſocias hab particulas ferreas. Nec mirum, du ſcilicet diutiùs in quiete unà morant particulæ ſalis alcalinæ cum vitriol iſto volatili, fieri vix poteſt, ſpiritus hic acidulus tandem non inv dat alcalinas. Atque hinc ferreæ part culæ redditæ liberæ compedibuſque ſ lutæ cum terreis conſidunt.

Quòd verò hæc nata apta ſint fieri, imò fieri debeant patet ex eo, quòd à vitriolo martis ſoluto in magna quantitate aquæ ſeparari queat acidum vitriolicum per admiſcelam terræ cujuſdam abſorbentis, ut cretæ, calcis &c.

Quantò verò faciliùs per ſal alcali ſeparabitur ſpiritus ille acidulus volatilis, qui ſponte in aërem volare ita promptus eſt?

Ex modò dictis facilè intelligitur, cur in terræ gremio ſpiritus hic volatilis non jungat ſeſe alcali: utcúmque enim pronum ſit illud acidum, ut Martem deſerens amicabili magis cum alcali ſale ineat connubium, ligatum tamen Marti manebit, cui jam conjunctum eſt, niſi divortii concilietur libertas, quam in terræ reconditum viſceribus non habet ſufficientem; utpote cùm aqua hæc tamdiu quàm intrà terræ cancellos concluditur ſit magis condenſata, particulæ ejuſdem ſint magis compactæ, ac juxta invicem quaſi quieſcentes; tum ob loci frigus, tum ob anguſtius ſpatium: ubi verò aqua effunditur in aërem calidiorem, nanciſciturque liberius ſpatium, particulæ ejuſdem motu intrinſeco intenſiore quaquaverſum agitantur, ad invicem im-

pelluntur ac pluribus ictibus imp
gunt ad invicem immotæ quasi ante
centes particulæ. Ab hoc novo ex
tato motu ac concursu particular
fit, ut salinæ & acidæ particulæ
occurrentes in mutuos ruant amp
xus.

Ut nova hæc contingat copula p
rimum etiam contribuit; aquam
poni aëri libero: tum enim partic
læ plures magis volatiles acidi, qu
associatum erat ferro, in auras dissip
tur, quô fit ut nexus inter ferreas, & a
das reddatur infirmior atque debili

Aëris verò liberum accessum ca
remque libertatem conciliare memo
to Acidi cum Marte divortio, nov
que ejusdem cum Alcali connubio
eo patet, quòd aquæ illæ ex ipsa ha
stæ scaturigine lagenis exactè concl
sæ, frigido repositæ loco diutiùs co
serventur integræ, quæ si liberæ e
positæ mansissent atmosphæræ, in
breve temporis spatium fuissent alte
tæ, præcipitatô marte, dum hunc
linquens acidum Alcali se jungit. Cù
verò terrâ conclusa aqua fontis n
gaudeat libero aëris accessu, miru
non videtur, si in terræ visceribus s
ritus ille volatilis martem non dese
ac sese jungat sali alcali.

Dum spiritus acidus sese jungit sali Alcali, quod naturaliter existit in aquis Marimontensibus, præcipitantur particulæ porosæ, terreæ quæ salinis erant coadunatæ; atque hinc partim origo repetenda est materiæ terrestris, levis, porosæ, absorbentis, &c. quæ reperitur in sedimento.

Nôrunt qui in chymicis versati sunt; salia omnia fixa alcalica sibi habere consociatas ac intimè unitas particulas terreas, porosas &c. imo ab ipso hoc connubio potissimum dependere quòd alcalina sint.

Nec ignorare quoque possunt, salinam portionem non admodum difficulter sejungi à particulis hisce terreis. Sal tartari in oleum tartari per deliquium, ut vocant, solutum, ac iterum exsiccatum, fusumque igne, rursus aëris humido deliquescens, repetito hoc opere tandem totum in feces terrestres ac sal volatile resolvitur.

Sed ad rem magis facit sequens experimentum. Quòd si sali cuidam alcali fixo albissimo affundatur acetum stillatitium, illico acidæ particulæ sese jungunt salinis, ac producunt sal neutrum, terreæque secedunt ac præcipitantur ad fundum.

Idem omnino contingit in aqua Ma-

rimontensi, dum spiritus, qui sunt
eadem acidi, sese jungunt salinis, s
nascitur aliquod neutrum; terra ver
quæ antea salinis combinata particul
efficiebat sal alcali fixum, nunc ab ii
dem secedens solitaria existit.

CAPUT V.

Exhibentur Virtutes Jatricæ Aquæ Mar
montensis, quibusque morbis depellendi
singulariter sint utiles & efficaces.

EX iis, quæ hactenus dicta sunt
hujus aquæ elementis, luce mer
diana clarius est, aquam hanc collocan
dam esse inter veras & genuinas & no
spurias aquas minerales, quas vocan
Acidulas Soterias, inter quas nulli a
teri Marimontensem credo ego esse s
cundam.

A. Ferrugineus imprimis est fons
B. Aqua ejus perfunditur spirit
quodam volatili.

C. Ætherem vehit subtiliorem, a
risque non minima quantitate ingrav
data est.

D. Sal continet Alcalicum, vel A
calico-sulphureum Hermaphrodit
cum.

Hæc verò sunt pleraque Acidul

um salubrium ingredientia, ut videre st apud Auctores, qui Acidularum institiuerunt analysim. Et imprimis celeberrimum *D. Fred. Hofmannum tractatu de plerisque Germaniæ fontibus.*

Præter hæc, alia quoque sunt, quæ ibi concurrunt omne eximunt dubium quin fons aliquis sit numerandus inter genuinas & soterias Acidulas, bonitatemque earum confirmant amplius. Sunt vero sequentia.

Aquam Fontis esse puram limpidamque.

2. Eamdemque in lagenis accuratè obturatis per plures menses imò annum integrum sine corruptione posse conservari.

3. Ad fundum lagenarum, quæ apertæ sunt, & ubi conceditur exitus spiritui æthereo volatili, subtilem quamdam subsidere materiam flavam instar Ochræ vel rubricæ.

4. Tam diu verò quàm lagenæ maneent exactè occlusæ, paucum quin imo nullum ad fundum delabi sedimentum.

5. Potas aquas facilè transmeare primas vias & excerni per urinas.

6. A potu earumdem feces reddi nigricantes.

7. Summopere aquas etiam com-

mendat, si constet eas sine noxa à p
ribus solêre bibi.

8. Earumdem quoque, sine inco
modo, magnam quantitatem posse a
mi.

Sed his omnibus qualitatibus præ
ta est Aqua Marimontensis.

Prætereà de aquæ alicujus miner
salubritate ac bonitate convincimu
si constet eamdem non continere u
principia, quæ corpori per se nox
inferunt.

Minus salubres imprimis sunt n
nullæ aquæ minerales, quod Alum
vel terram contineant calcariam, etia
si cetera omnia ejus ingredientia c
pori sint amica.

Sed horum duorum expertem e
aquam Marimontensem docent rel
à nobis experimenta.

Experimentô undecimô refertur, aq
huic oleum tartari admisceri sine al
ratione ulla sensibili, constanterq
manere aquam non minùs quàm a
affusionem perlucidam. Sed docet e
perientia aquas, in quibus latet aliqu
vel aluminis vel terræ calcariæ à co
mistione olei tartari per deliquium r
di albas, turbidas: & si, quod delit
cit, sit aluminosum, ex ea quoque pr
cipitari materiam albam & terrestre
Vide Exp. 11.

Adhæc alumen ad ignem intumesc-
it. Vide Exp. 38.
Suspectæ quoque sunt aquæ minera-
es, quæ continent materiam terrestrem
gypseam vel crystallinam, Selenitidem-
que. Hasce aquas Angli vocant Seleniti-
as. Cognoscuntur verò tales, dum in se-
imento harum conspiciuntur fibrę lon-
itudinales splendentes: dum, inquam,
bi evaporantur, in iis concrescunt plu-
imæ pellucidæ particulæ instar crystal-
ulorum, spiculorumve, aut lamellarum.
At materia terrestris hujus aquæ nul-
as similes habet qualitates: vid. exp.
2. 90.
Insuper cum acidis effervescit; ac
b iis dissolvitur Marimontensis; quod
on contingit cum sedimento aquarum,
uod componit Selenitis.
Deinde Aquæ Marimontenses nul-
um continent acidum fixum, vel
quod sui juris sit & expeditum. De-
nonstrant id omnes probationes insti-
utæ, ut si quod occultaretur acidum
n lucem prodiret. Vide Experimenta
. 9. 11. 12. 27. 44. 45.
Reperiuntur quoque aquæ minera-
es summopere nocivæ, ac penè vene-
natæ, quòd spiritu quodam Arsenicali
int perfusæ.
Exstant aliæ quæ sine sanitatis detri-
nento vix bibi possunt, quòd turgeant

halituoſo, vaporifero ac ſummè expa
ſivo quodam ſpiritu, *Gas* vocat *Helmo*
tius. Vide tractatum ejuſdem *de Com*
plexionum atque miſtionum elementaliu
figmento.

Quid? Quòd fontes nonnulli ſint i
ſalubres quin & noxii, etiamſi non co
tineant ulla corpora, quæ perſe adver
ſunt ſecundæ valetudini, ſed quòd
ipſa quæ corpori ſunt amica in majo
copia in iiſdem ſint accumulata & co
geſta. Exemplo ſit æthereum illud el
mentum, à quo aquarum mineraliu
efficacia potiſſimùm dependet.

Poſtulat inſtituti ratio, ut oſtenda
quas habeat vires medicas Aqua M
rimontenſis, ratione ſingulorum ſu
rum contentorum.

Cùm aqua hæc admodum ſit limp
da, levis, particulis ſolidiuſculis n
onuſta, proinde ad naturam aquæ pl
vialis, aut potiùs ad purum aqueu
elementum accedat proximè, ſubtilita
hac & puritate imprimis commenda
meretur. *Hofmanni* ſententia eſt: aqu
rum mineralium virtutem, tam in pra
ſcindendis quàm curandis morbis, pra
cipuè & principaliter eſſe adſcribenda
aquæ. Reliqua eidem nupta elemen
tantùm locò ſtimuli inſervire. Pag. 19
de Aquis Mineralibus.

Superſedeo enumerandis omnibus ʼirtutibus medicis, quæ à quibuſdam uthoribus hodiedum attribui ſolent quæ puræ. Suffecerit ſi dixero, aquam anc ratione ſui elementi aquei eſſe re- nedium ad diluendum, attenuandum c reſolvendum omne id, quod in hu- noribus noſtri corporis eſt lentum ac piſſum, obſtructioneſque tollendas onvenientiſſimum: & potiſſimum cum loceat experientia, eandem copioſiùs ſſumptam à pleriſque facilè ac benè to- erari, ac tum maximè ſolere conferre.

Hanc aquæ Marimontenſis in agen- lo vim medicamentoſam ita intendit piritus ille ſummè volatilis & ſub- ilis, æthereumque elementum, à qui- ous perluitur, ut eamdem longè la- èque per totam machinam diffundat; quandoquidem, ab eo penetrantior ac ubtilior reddita pervadat liberrimè quaſcumque corporis partes. Nuſ- quam eas laceſſens aut vellicans, dia- netris vaſorum vim nullam inferens, oororum meatus neutiquam violans, ed ubique inſpirans vigorem elate- iumque exſucitans.

Nec mirum, ſiquidem ſpiritus, quô mbuitur aqua Marimontenſis, non eſt alituoſus nimiùm nec vaporifer, qui d ſanguinem admiſſus eum nimium

quantùm expandat rarefaciatque : hinc
fit ut hæc aqua potores non reddat tor
pidos, somnolentos aut temulentos.

Næ aquæ tali elemento halituoso
fœtæ summa cum cautione & pruden
tia assumendæ sunt, & potissimum ab
iis, quibus genus nervosum est magis
tenerum & sensile; quibus flatulentia
in primis viis inductæ molestæ non ra
rò sunt; quibus sanguis ad exæstuan
dum est dispositus, ac motui rarefa
ctionis ac expansionis intensioris facil
subjicitur : cane & angue pejus vi
tandæ sunt ab iis, quibus sanguis in
pulmonibus leviorem ob causam
æstum suscipit congeriturque : ti
mendæ sunt, ubi viscera exæstuant
in iis qui temperamenti sunt, ut voca
bant veteres, cholerici sanguinei
suspectæ denique haberi potissimum
debent, ubi vasorum adest debilitas, &
atonia : hoc enim in casu tales aquæ
bibi non possunt sine proximo pericu
lo, ne supra modum tendantur vasa, &
imprimis ea, quæ naturaliter debili
sunt, ac minorem habent resistend
vim, ut ea quæ intrà cranium sita sunt

Aliud quod attinet aquæ Marimon
tensis principium, sulphureum scili
cet illud ex aquosis salinis & oleosi
particulis confectum, magnarum cert
est virium : nervis amicum; idoneum

uod leni popiſmate partes demulceat;
paſmos tollat, dolores ſedet, tonumque partium conſervet integrum, aut miſſum reſtauret.

Ferruginoſus eſt fons Marimontens, atque ob id ſummopere æſtimanus.

Aquæ ferruginoſæ ab omnibus aquarum ſoteriarum amatoribus ac cultoribus maximo ſunt in pretio ac ſaluerrimæ habentur, ſi ſpiritu æthereo iam impræg̃natæ ſint, aliorumque rporum noxiorum ſint expertes. Nec irum, omnium enim medicorum callo Mars inter cuncta metalla ſaluerrimus eſt, ac in ferro ſumma latet edicina, præcipuè dum ejus particu- ſummè ſunt attenuatæ, diſſolutæ, ut omachum non nimis aggravent ac ad aſſam ſanguineam penetrare valeant. Sed particulæ ferreæ, quæ inſunt huic uę, opere naturæ ſubtiliſſimæ hîc ſunt in alchool, ut loquuntur Chymici, dactæ; & vel tales integraliter à quiuſvis quiſquiliis & heterogeneis mi-ralibus particulis extricatæ ſuſtinenr intra aquam hanc ab æthere ſubtiore, vel à ſpiritu ſulphureo diſſolutæ tra gremium hujus aquæ continenr. Porrò ſicuti omnes ferè medicati ntes, teſte *Hoffmanno*, de Martiali

principio plùs minùs participant, i
omnes virtutem ſuam potiſſimùm in
deſumunt, aguntque fibras à natur
tono dejectas corroborando; eluend
evehendo craſſos & ſalſos humores.

Ut ut ſit aqua Marimontenſis, ratio
ferrei principii, juſtum ac debitum pa
tium ſolidarum tonum conſervare,
deperditum reſtaurare apta nata eſ
ſanguinis motum progreſſivum a
juvare; ventriculi imbecillitati mede
abſque eo quod eumdem aggravet a
laceſſat quovis modo; cruditates der
que acidas in eo productas corrigere.

Sed & hiſce majora præſtat, dum fe
reæ particulæ aſſociatæ ſunt ſpirit
ſulphureo ſummè volatili, ac conſt
tuunt cùm eodem vitriolum aliquo
volatile, cujus ſimile ars numquam pr
ducere potuit, utcumque allaborav
rint artiſtæ. Ab hoc vitriolo Acidularu
præſtantiam & bonitatem potiſſimù
eſſe deſumendam ſtatuunt omnes
aqùarum mineralium natura verſa
auctores.

Quibus Martis virtutes Medicæ erat
cognitæ, in hoc alloborarunt omne
ut illum in tali poſſent ſolvere men
ſtruo, ut aſſumptus ſub tincturæ fo
ma diutius in machina noſtra maner
diſſolutus, ac in minima diviſus r
men

menta cum liquidis posset recipi in vasa introducentia, ac ita ad intima deferri corporis penetralia. In hunc scopum prostant Martis tincturæ variæ, & solutiones, ut celebres sic utilitaté sese commendantes. Hos verò artis conatus prævenit Creatoris infinita bonitas Martis solutionem humano artificio non assequendam sistens in solamen generis humani.

Aquas verò nostras ut Martiales in machinam humanam agere introsumptas, vel ex eo patet, quòd ab illis haustis nigro tingantur colore alvi feces: quod Martis felicis operationis non leve est augurium: si quidem testantur celebres practici exspectatum à ferro vix obtineri effectum, nisi ab eo assumpto, feces tingantur tali colore. Sal verò, quo condita est Aqua Marimontensis, alcalinum domando acido in primis viis congruum præbet remedium: sanguini deinde maximè amicum est. Si quæ in eo delitescat acrimonia acescens, hanc protinus extinguit, ac secum ducit per vias urinæ feliciter eliminandam.

Quòd si verò quispiam neget pertinaciùs sal Aquæ Marimontensis ex ipso fonte jam jam manantis, purum esse alcali; cum spectet potius ad clas-

ſem ſalium compoſitorum, quæ appellantur Neutra; per me licet, non enim aqua inde minorum erit virium; nempe ad obſtructiones partium reſerandas; cruditates viſcidas ac pituitoſas incidendas & alterandas. Perpende quas vires adſcribant Medici celebres tartaro viriolato, terræ foliatæ tartari, arcano duplicato, ſali polychreſto, &c.

Maximè verò in pretio ſunt hæ aquæ ratione terræ levioris ſuæ antiacidæ, abſorbentis & edulcorantis apud eos, qui morbos omnes ab acido deducunt, ac in terreis remediis fiduciam ſuam potiſſimam collocant. Ut ut ſit, terra hæc omnis acrimoniæ expers, levis, facilè diſſolubilis inter antiacida nullis cedit terreis remediis, quæ in terræ ſuperficie vel in interioribus ejus colliguntur viſceribus.

Ex hiſce palam fit, aquas haſce ratione omnium & ſingulorum ſuorum ingredientium in pluribus ac differentibus convenire morbis, quos in arte periti dignoſcent facilè.

Verùm opponet fortè aliquis; non eſſe veriſimile Aquæ Marimontenſis vim, quam habet Medicamentoſam, effectuſque quos producit ſaluberrimos poſſe dependere à ſingulis corpo-

ribus quæ aqua hæc recondita habet: cum hæc in minore ſint quantitate quàm ut vim agendi, quam habent propriam, exſerant. Proinde effectus hoſce potiùs producere ratione totius ſuæ ſubſtantiæ, ut alia ferè quævis remediorum genera. "Sunt quædam, inquit *Galenus*, remedia ſpecifica, quæ „totâ ſubſtantiâ, id eſt, non juxta „certas ſuas partes, ſed quatenus hæ „partes totum quoddam conſtituunt, „agunt.„

Quid? objiciunt inſuper, quòd aquarum mineralium virtutes longè magis ac certius experientiâ & effectis exploratæ ſoleant eſſe quàm rationibus: adeo ut hiſce nemo prudens auſit multum fidere. Proinde Analyſeos aquarum mineralium minorem eſſe utilitatem, quàm aliquibus perſuaſum eſt.

Primam quod attinet objectionem: ut quod ſentio dicam: mea quoque eſt opinio Aquam Marimontenſem (fortè & alios omnes fontes ſotericos) potiùs agere ratione totius ſuæ ſubſtantiæ quàm ratione ſingulorum ejus contentorum: verùm negari non poteſt, quin ſubſtantia illa agat & diverſos producat effectus, quòd talem vel talem habeat conſtitutionem & temperationem, ac inde certis prædita ſit qualitatibus.

Hæc vero constitutio aliam agnoscere non potest causam, quam singularum & omnium minimarum particularum, quæ compositionem totius ingrediuntur, variam indolem, naturam ac inter se commistionem. Etiamsi igitur concedatur Aquam Marimontensem agere ratione totius suæ substantiæ, manet equidem verum, aquam hanc diversos ac sibi proprios edere effectus, quatenus constat aquâ purissimâ; æthere subtili est turgida; ferreas continet particulas, vel vitriolo imbuta est volatili, &c.

Sed hæc innotescunt per analysim; ergo, &c.

Insuper de virtute aquarum licet esse securiores, dum constat in iis nulla hospitari ex sese corpori nociva elementa; Sed hæc iterum palam facit analysis. Sive igitur agant ratione singulorum suorum ingredientium sive totius suæ substantiæ, aquæ hæ suppeditant remedium convenientissimum ad humores diluendos, attenuandos, fluxiles reddendos; ut si quid sit lentum, spissum & glutinosum incidant & attenuent, & potissimùm in venis meseraïcis adeoque ramis venæ portæ. Cum nemo dubitet quin eò plenô flumine aqua hæc purissima deferatur.

Proinde maximè conveniens est auxilium ad tollendas obstructiones viscerum infimi ventris.

Certum quoque est exploratumque hanc aquam efficax esse remedium ad humorum corrigendum acrimoniam, & specialiter acidum, quod est in primis viis domandum & immutandum. Nec minus evidens est vis ejus solidis partibus tonum suum, robur vimque contractilem conservandi ac deperditam restituendi. Martialium siquidem & vitriolicorum remediorum actio in eo potissimùm consistit. Sed & Aqua Marimontensis, sensu teste, vi constringendi prædita est, hausta astrictionis sensum linguæ imprimit; sed nulli dubio locus est quin pari modo in partes interiores, quas attingit, agat quoque.

Quod spectat ad objectionem secundam. Fateor candidè meam quoque esse sententiam : aquarum medicatissimarum omnium virtutes à posteriori, seu ab effectibus potiùs debere innotescere quàm à priori, ut iis tutò fides adhiberi queat : semper mihi suspectum est & erit remedium quod ratiocinando, excogitando, speculandoque inventum proponitur ut congruum & numquam fallens; experientia sola est,

quæ, meâ quidem ſententiâ, docere poteſt quodnam ſit remedium conveniens ad datum morbum curandum.

Proinde acriter non diſputabo, ſi quis cum doctiſſimo *Ab Heers* ſtatuat, aquas minerales empiricum eſſe medicamentum. Experientiam cujuſque individui requirere. Vid. pag. mihi 119.

Abſit tamen ut ex prædictis hæc alicui trahatur conſequentia, non eſſe ſcilicet opus ut medicum conſulant hujus aquæ potores; at ſufficere ut ex relatu & conſilio cujuſdam ſe committant experimento potandi, qui videlicet novit aut noſſe ſe prædicet, quos morbos hæ aquæ depulerint, aut quos fruſtrà deluſerint, vel quibus etiam noxiæ fuerint.

Dicatur porrò, nec enim refert, hujus aquæ potus eſſe remedium empiricum, quandoquidem experientia & obſervationes factæ edocuerint, primò atque potiſſimùm hujus aquæ medicamentoſæ virtutes: his tamen non obſtantibus ut majore certitudine ſecuturi effectus ac ſecuritate optati ſucceſsûs bibantur, omnino advocandus eſt ad conſilium medicus, iſque ſolido judicio præditus, tumque œconomiæ animalis probè gnarus, qui comparan-

do vires medicas hujus fontis constitutioni examinatæ personarum cupientium ab his aquis remedia, permittere aut illas vetare æquâ ratione possit, simulque modum, tempus, quantitatem & cætera hujusmodi scitu necessaria potitaturis præscribere. Non itaque empiricus mihi tantùm desideratur homo; sed doctus, inquam, medicus, qui experimenta rationis lance ponderet, quæ tamen pedisequa sit experientiæ rerum, dum ita se manifestam exhibet ut oculos effugere non possit.

Numquam profectò nudam praxim empiricam probavi, sed talem cui præluceat experientia rerum magistra, & cujus fundamentum ratiocinatio sedula inquirendo stabiliat; persuasum certè mihi habeo vix cespitare medicum qui duobus his fulcris innititur.

Hanc regulam, hanc legem nobis ipsi præscripsimus Marimontii commorantes; non enim sola aquæ Analysis attentos occupavit, sed & altera inquirendi cura: quæcumque tandem ante nostrum eò adventum observata ab aliis fuerunt in hujus fontis usu, & generaliter quidquid ad ejus medicabiles vires spectare potest, qualia hìc sequuntur.

1. An fons ille dudum notus, pari-

terque ſit & unde celebris? An ejus aqua melior & ſalubrior exiſtimetur, quam vulgaris & obvia aliorum paſſim fontium & puteorum?

2. An morbis languentes ſoleant ad ejus opem bibituri accurrere?

3. Qui ſint illi morbi, à quorum curatione ejus fama tamquam ſalutaris remedii percrebuerit?

4. An & quomodo conſtet prædictos morbos iſtius potu fuiſſe depulſos?

5. An è contrario quorumdam ægritudines non fuerint ejus uſu aggravatæ, ita ut funeſta bibentibus acciderint?

Dum hæc & ſimilia tam in loco ipſo quàm ejus vicinia indagamus penes eos qui nobis viſi ſunt cordatiores, intelleximus:

1. Ab omni retro hominum memoria fuiſſe hunc fontem à medicinali efficacia famoſum, eoque titulo non loci tantùm incolis & vicinis; ſed & longioribus regionibus notiſſimum: hinc porro ortum ut ejus aqua nomen *Spadanæ* obtinuerit; ob parilitatem indubitanter utrimque virtutis, quæ nec medicos latuit vicinorum locorum: *Nivellis* enim habitat Expertiſſimus D. *Trico* egregiâ laude profeſſionis medicæ

nunus exercens, iſque teſtis ſe à plu-
ibus jam annis potum aquæ marimon-
enſis ſuadere ut præſens remedium
mnibus caſibus, quibus paſſim fue-
ùm fuit aliis jatris Spadanas præſcri-
ere : providè ſanè & utilitati & com-
nodo ægrotorum.

Relatum inſuper nobis fuit aquas
Marimontenſes affatim evehi ad civita-
es aliquas Gallorum dominio ſubditas,
ec lagenis aut poculis inde peti ; ſed
aſis æquè quàm ſunt vinaria capaci-
us.

Quid moror ? Approbatorem illu-
triorem quis deſideret quàm Celſiſſi-
num Maximilianum Electorem utriuſ-
ue Bavariæ Ducem ? Solebat is, cum
Belgii gubernacula teneret, ſingulis pe-
è annis Marimontium tendere, ut ve-
atione animum relaxaret & liberiore
ëre frueretur : ibidemque expertus
uantâ ſalubritatis conferendæ & re-
arandæ vi valerent, lagenas hâc aquâ
ppletas atque ſollicitè obturatas jube-
at Monachium, quæ ſedes eſt Bava-
iæ Ducum, tranſportari, cùm labor &
mnis impenſa ipſi vilior eſſet quàm
lius aquæ pretium.

Inter cetera multa etiam audivimus,
umdem Celſiſſimum Ducem man-
aſſe D. *De Neve* Medico civitatis Na-

murcensis piæ memoriæ, ut dictaru
aquarum aggrederetur analysim ;
cujus operationis effectibus nihil ass
qui potuimus præter hoc unum ; pon
deratis scilicet ambabus Spadanâ & M
rimontensi, hanc agnitam fuisse Sp
danâ leviorem.

2. Quæstioni secundæ responsu
fuit planè consuevisse variis morbis a
fectos hujus fontis remedio confider

3. Ægritudines quibus potissimù
medeatur, censeri infirmitatem quan
dam ventriculi, eam præsertim cuj
causa imputatur materiæ lentæ, quæ
pituita & visco ducit originem. Fr
quentissimè hoc potu se proluere, q
obstructionibus viscerum, & potis
mùm abdominis laborant, quibus p
culiariter interclusæ sunt viæ per qu
egeritur urina; qui ructibus & vap
ribus sursùm, ut vocant, ascenden
bus flatibusque vexantur : sequiore
denique sexum inordinatis catamen
hinc medelam petere.

4. Interrogatione quartâ percepim
supra dictis morbis affectis hujus aqu
medicamine plerumque integræ san
tati restitui, sin minùs, quod rarius e
ita saltem recreari, ut gravissimi ant
dolores si non sublati, leves tamen p
stea sic videantur ut penè conqueri c

igeat. Prolatumque exemplum vicini oco cujusdam reverendi pastoris, qui um ætate provectâ calculo & nephriicis doloribus miserè angeretur, hâc nedelâ sublevatus est, adeo ut vetere ncommodo se fermè penitus immuem esse fateatur: de quibus plura in equentibus.

5. Quæsito quinto non didicimus ex llo cui propositum fuit, sinistros effetus cuiquam accidisse, ne iis quidem ui copiosiùs hunc potum haurire non iment.

At non ego hisce omnino contentus, ost nostrum Marimontio discessum, lurimam operam impendi, ut de aquæ stius medicinali efficacia ejusque effetibus certiora, quàm fieri potest, asequerer.

Nec inutiliter perquisivi, D. *Trico* upra laudatus & D. *Delval* qui annuo tipendio oppidi Lutosani honoratur, oriundus idem Marimontio, ubi aliquot annis professionem suam exercuit, bidemque virtutes fontis expertus: hi inquam, ambo faventes curioso mihi desiderio per litteras mecum communicârunt humanissimè observationes, quas vel ipsi fecerunt vel ab aliis factas fideli relatu acceperunt, & quidquid illis hactenus potuit innotescere de fon-

tis & aquæ ejus medicamentosis virib
effectibus, qualitatibus &c.

Interim forsan magis juverit epist
las ipsas loquentes audire. Sic aut
mihi D. *Delval* : "patrocinium aqu
„rum Marimontensium semper su
„cepi, ex quo ab annis septemdeci
„D. *Briguet* Medicus celebris me ip
„rum virtutem edocuit, quam reap
„effectibus & experimentis feliciq
„successu pariter comprobavi.„

Refert quoque in iisdem litteris,
quondam hac de re contulisse per ep
stolam cum D. *Lucq* Medico Binchie
si, qui sex annis octogenario major e
cujus responsum accepit 9. Decemb
1739. tale :

"Qualitas aquarum quæ prope M
„rimontium fluunt omnino martia
„est, suntque gravidatæ sale adinodu
„volatili, alvum valde mollientes
„ad cienda excreta faciles..... Has e
„pluribus personis præscripsi cacoch
„micis & obesis, tam charactere s
„illustribus, quàm è vulgo prom
„cuis, qui eas ipso in loco potitâru
„& aliò etiam deportârunt, eventu
„animadverti felicissimo : sanè con
„nuant & modò dictæ aquæ eosde
„effectus operari.

D. *Delval* iisdem in litteris hæc
quentia jungit :

"Excidit penè mihi indicare ex tra-
itione majorum meorum ad me uſ-
ue manare, ſcilicet, in loco qui
ocatur *à la Heſſe*, venam quamdam
ſſe ferri metallicam, à qua creditur
aturiginem fontis Marimontenſis
riginem ducere.„
). verò *Tricô* ſequentes mecum
nmunicavit obſervationes, quibus
am fit quot & quibus morbis fons
rimontenſis mederi valeat.
"Uxorem & fratrem meum ab aquis
padanis ad Marimontenſes impuli.
Ias leviores quam illas; faciliùs
ermeantes, alvumque magis emol-
ientes comperiunt. Reliquos utriuſ-
ue ſpeciei effectus vix diſtinxeris.
Cæterùm hâc aquarum commutatio-
e mirificè recreantur & ſublevan-
ur.
"Hoc exemplum meo hortatu ſe-
uta eſt Domina quædam Canoni-
a, ſummo languori præ nimio mœ-
ore ex ſororis obitu dedita, cibos
aſtidiens, & maximè debilitata, cum
liis Symptomatibus immodicæ mæ-
titiæ indicibus, ſanguiniſque abun-
lantiæ rheumatiſmum ſcorbuticum
it plurimùm conciliantis. Magnum
quidem ei levamen aquæ Spadanæ
ttulerunt; ſed Marimontenſes maxi-

„mum : ſiquidem mox fugato cum
„mœrore cibi faſtidio reviviſcit Cano-
„nica, & exultans periculo à ſe facto
„gloriatur.

„Idem fecit Domina quædam mag
„no natu morbo ſcorbuto obnoxia
„obſtructione jecinoris identidem mo
„tus ſpaſmodicos inducente, qui ſto-
„machum concutientes nauſeam ple-
„rumque cient & tormina. Hinc bi-
„lis exundatio, color ictericus, debi-
„litatio, faſtidium, &c. Aquis noſtra
„tibus uſa per octo dies vetula, quaſ
„primævo juventutis flori reddita eſt
„quippe orexi, hilaritate, vigore re-
„ſtituto, omnique ægritudine exulan-
„te reviruit : verùm vix diebus de-
„cem elapſis epiphoram ſibi accerſivi
„mulier. Quo factum eſt ut, inter-
„miſſo potu ſalutifero, in priſtina mala
„reciderit. Epiphoram meritò deteſta
„tur miſera, ut quæ valetudinis re-
„parationi certo certius officiat.

„Innuptæ cuidam quinquagenaria
„his quoque aquis ſuccurri ; cuju
„cum ingraveſceret venter, pauci
„poſt diebus turgeſcere hemorroïdes
„ſed datis ei pilulis diaphoreticis, de-
„tumeſcere eaſdem apparuit : itaque
„aquis facillimè perfluentibus, orexi
„que redintegrata, ventris gravitate
„depulſa, planè convaluit.

,Nec aquas noſtras recuſavit ejuſ-
em ætatis altera hæmoptiſi laborans
im ſuppreſſione fluxûs menſtrui,
ui adjuncta, magna imbecillitas, fa-
idium, inſomnia, &c. ſed potu Ma-
montenſi omnia illa incommoda
onfeſtim in melius converſa ſunt,
grotanſque conſtantiſſimæ ſanitati
eſtituta.

,Eodem modo pluribus aliis fui ſub-
dio, qui, cum debili eſſent ſtoma-
ho, unde cibi faſtidium, phlegma,
crimonia, cruditas, &c. fontem
oſtrum, ut omnia inordinata corri-
entem, prædicarunt.

„Nemo eſt, qui has Spadanis non
ræferat, tum ob rapidiorem earum
eſcenſum, tum faciliorem alvi du-
tionem.

„Complures Marimontium adven-
antes inceſſit cupido aliquot fontis
atrii ſciphos hauriendi. Hauriunt:
t ecce, ut ſciphi, ſic alvus mirum
n modum evacuatur: quo onere
dvenæ levati ſummo beneficam ſca-
uriginem repetendi flagrant deſide-
io.

„Plura hac de re obſervaſſem, ſi per
iemem inſtantem aëremque frigi-
lum licuiſſet. Qua cæli inclementia
ominum ad aquas concurſus inter-

„missus est, negataque exportanc
„opportunitas. Adhæc plures alii
„mihi eas suadenti parùm confident
„timuerunt ne suo periculo nov
„aquas experirentur. At eorum inan
„est timor: nam tantum abest ut fon
„ille cuiquam noceat, ut qui vel pau
„cissimis diebus ejus aquas biberunt
„insolitam in se excitari orexin sens
„rint. Hæc, qua possum fide & pro
„bitate, assero, paratus omnium à m
„commemoratorum fidem facere pe
„testes Aquas Marimontenses exper
„tos.„.

Virtutem Medicamentosam Aqu Marimontensis egregiè confirmant h storiæ plurimorum ægrotorum, qui remedio Aquæ Marimontensis, subl vati ac sanati sunt; relatæ ab inco Marimontensi fide dignissimo.

1. Dominus *Joannes Samain* Mar montii Cappellanus Regius, ob stoma chi debilitatem dictis aquis usus, fi mæ sanitati est restitutus.

2. Domina *Anna Joseph Du Cœur* Monialis in Cœnobio vulgò *de l'O live*, etiam ad hunc fontem confug ob inflammationem jecinoris pustula (ut censebant Medici) cui adjunctu cibi fastidium; febricula lenta langu rem pariens: quo morbo implici

noviffim

ovissimè Dominum *Tricot* Nivellis
Medicum convenit. Hic, licet mor-
um Monialis propè deploratum vide-
et, aquas primùm Spadanas ei injun-
it: sed ubi Monialis reclamat Aquas
Marimontenses vice Spadanarum po-
tari, Medico ipso adhortante diebus
1. ad hunc fontem conversa, omnem
gritudinem dispulit.
3, Domina *Leopolda Moustier* in eo-
em Cœnobio vocis quassæ, facieique
ustulosæ incommodum eodem potu
igavit.
4. Dominus *Biseau d'Auteville* Mon-
bus degens calculi dolores pari reme-
io prorsus repressit.
5. *Martinus Castelain* habitans in
ago *la Haist* dysenteria laborans bis
x eo fonte bibit, & sanitatem inve-
it.
6. *Augustinus Du Bois* in Abbatia
e *Maroille* Monachus, adeo deficiens
omacho ut obeundo officio neuti-
uam sufficeret, à Medico ad has
quas compulsus pristinam valetudi-
em recuperavit.
7. *Margarita Binne* degens in pago *la*
Haist infausto puerperio, & dysente-
â conflictata, pari modo planè con-
aluit.
8. Domina *Proper Marchipontana*,

Marimontium, ut cæteri, confugi
& ex Dyſpepſia ſanata rediit.

9. Quædam, hujus fontis ope, men
ſes juſto diutius commorantes accele
ravit.

Hiſce viſum fuit ſuperaddere teſt
monium nobilis cujuſdam Domin
quæ habitat in Caſtello, quod diſt
Marimontibus intervallo ſemi leucæ.

"Ego *Maria Carolina de Franeau*
„Illuſtri genere, Domina *du Fait*
„&c. omnibus, quorum intereſt, f
„dem facio me decem circiter anno
„cibi faſtidio, phlegmatis colluvie
„ſtomachi debilitatione eò uſque fuiſ
„attritam ut ſubinde ad pulviſculu
„aureum viribus reficiendis fueri
„redacta. Deinde ad experimentu
„fontis Marimontenſis à Medicis in
„ducta, illius aquis ita ſum refocillat
„ut continuo per aliquot annos ſaluti
„feræ ſcaturiginis potu orexis mihi
„valetudoque feliciſſimè redintegrat
„ſit. Quorum in fidem has Chirogra
„pho, inſigniumque meorum ſigill
„munivi.„ Ex Caſtro de l'Eſcaille
8. Novembris 1740. Hinc erat ſigna
tum: *C. Franeau De Gognies*, illinc ſi
gillum appoſitum.

Coronidem imponit Epiſtola Domi
ni Paſtoris, cujus memini pag. 91
ſcripta D. *Trico*.

Expertissime Domine,

"Tuam heri recepi Epistolam, quâ
ne honorasti scriptam duodecimâ hu-
us mensis, simulque respondeo, ut
ibi indicem non esse minùs salutares
aborantibus calculo Aquas Mari-
nontenses quàm sunt ipsæ Spadanæ.
Huic malo ut mederer, eas bibi duo-
ous tribusve annis. Elapsi jam sunt
nni sex aut septem ex quo intolera-
ilis me dolor torquebat in sinistro
emore, nec potis eram urinam ex-
ellere, isque erat quinque aut sex
oris continuus. Favente mitiore
empestate anni, consilii causâ adii
Dominum *Lucq* Patrem Medicum
Binchiensem; suasit ille mihi ut aquis
isce uterer: feci quod suasit, id-
ue annis pluribus sequentibus, mag-
um inde expertus jam levamen,
ullo ampliùs dolore dicti femoris af-
ectus: quædam tamen adhærent
nihi reliquiæ mali, genus scilicet
liquod stranguriæ; sed hæc collata
um cruciatu, quem antea sentiebam,
ntequam bibissem Aquas Marimon-
enses tam modò levis est, ut ne um-
ram quidam præcedentis incommo-
i attingat. Tibi certè notius est
uam mihi, morbos hujusmodi raro
velli radicitus. Moniales Cœnobii

„*Olivæ* aquas iſtas pluribus annis po
„tarunt; quod tibi ſcitu facilè e
„Quod me attinet bibi Spadanas
„Marimontenſes ambas ipſo in loc
„eumdem utrimque obſervavi ſap
„rem, ambæ magnam incitant orexi
„firmiterque credo ambas paris eſſe
„ficaciæ. Abhinc ſeptem aut octo a
„nis cum Namurci eſſem apud Dor
„num *De Neve* Medicum Regiur
„aſſeruit ille mihi ſe, juſſu Celſiſſi
„*Bavariæ Ducis* tunc Belgium G
„bernantis, inſtituiſſe analyſim aqu
„rum Marimontenſium, atque obſ
„vaſſe illas duobus granis eſſe lev
„res aquis Spadanis. Ita tibi affirm
„ſi mihi fides eſt. Habes quidquid
„Aquis Marimontenſibus mihi co
„ſtat. Exopto ardenter ut ſuſcepto
„veat ſucceſſus, pro divitum deſic
„rio; & pauperum ſolamine, &c
Signatum erat hac 15. Octob. 174
Comblein Paſtor Sacelli Herlaymont.

Atque hæc exiſtimavi pro hac pr
luſione poſſe ſufficere, ſperans for
ut poſtmodo dum concurſus ad h
aquas frequentior erit, illarumque p
tus providorum Medicorum conſil
dirigendus præſcribetur, obſervati
nibus, bono publico quandoque loc
pletetur, earumque egregiam utilitate
palam omnibus demonſtrem.

Interim conferendo ea, quæ hactenus bservando innotuerunt de aquæ hujus xcellenti vi medica ac morbos curani efficacia, cum iis quæ docui de ejusem qualitatibus indubitatis, elemens contentisque certis, concludo asseendo aquas hasce in sequentibus poſſimùm convenire morbis.

A. In ventriculi imprimis debilita-:, fibrarum ejusdem atonia; atque inc nato appetitu dejecto, vomitu;)iarrhea orta, ut vocant, ab intestiorum lævitate, & peculiariter in cruitate acida; ubi flatibus, ructibus &c. uis molestatur.

B. In obstructionibus, ut vocant, Menterii, Lienis, Hepatis: proinde præantissimum esse remedium pro Hæorroïdariis & Hypochondriäcis, lelancolicis, Hystericisque; uno vero in morbis omnibus, quos veteres : recentiores quidam, primi etiam subllii Medici, deducunt ab atra bile.

Constantis observationis est, Hypoiondriäcos fieri Hæmorroïdarios, & ciſſim hosce frequenter fieri Hypoiondriacos, & potiſſimum si minùs ccedat qui solitus erat Hæmorroïum fluxus.

Nec mirum, consistit siquidem mam Hypochondriäcum in ventriculi

&c. inteſtinorum teneritudine quada
& ad ſpaſmos motuſque anomalos pr
nitate ſanguiniſque difficili per vena
portæ circulo : unde hic ſtagnat cir
viſcera abdominis & ſpiſſus, craſſu
inerſque evadit.

Plurimum igitur illis emolumen
erunt hæ aquæ, quæ & ventriculi
inteſtinorum tonum reſtituunt, ac r
ceptæ pendulis ventriculi & inteſtin
rum venoſis villis ſanguinem in ve
portæ ſpiſſum diluunt, vaſiſque ip
robur ſuum reddunt.

Per memoratos verò villos venoſ
ex inteſtinorum cavitate reſorberi liq
da non tantùm colligitur ex eo, quò
ſi in Portarum venam injiciatur ma
ria ceracea, ea per patulos illos vill
effundatur in cavitatem ventriculi & i
teſtinorum ; ſed & probatur ex e
quòd ſi, canis aperto abdomine, ejus ve
triculo & inteſtinis tepida infundat
aqua, leni memoratarum partium pr
ſione aqua illa adigatur in ramos ve
portæ, imo patienter inſiſtendo ta
dem per ipſum Hepar pergat in vena
cavam, hincque in Cor &c. Tanta q
dem in copia, ut vaſa illa eluat ab o
ni ſanguine.

Non igitur immeritò ſtatui ab aq
fontis Marimontenſis ingeſtis mo

ventriculi & intestinorum peristaltico per venosos villos in venas gastricas & meseraïcas propulsis, spissum venæ portæ sanguinem dilui, infarctus eorumdem vasorum & ipsius Hepatis tolli, tantò quidem certiùs, quòd dum leves hæ & æthere fætæ aquæ sanguini fluorem conciliant, ipsis vasis tonum restituant eademque invigorent.

Etiamsi hanc digressionem Theoreticam fortè nonnulli sint lecturi cum impatientia, solùm inhiantes iis, quæ ad faciendam Medicinam instruunt; ideo tamen non fuit omittenda, cum certè grata, jucunda & utilis sit futura iis, qui rerum cupiunt cognoscere causas. Sed redeat unde digressa est oratio.

C. Nullus etiam dubio locus est, quin mederi valeant capitis affectionibus morbosis, ut ejus dolori, gravitati, vertigini & similibus, sed potissimum iis, quæ per consensum primarum viarum oriuntur.

D. Præ ceteris conveniunt in morbis dependentibus à spissitudine humorum pituitosa, glutinosa ac mucosa, à partium solidarum atonia, & ubi sanguis debitam amisit consistentiam. Hinc prodest hoc remedium in cacochemia, Cachexia. Inservit Catameniorum anomaliis vitiisque corri-

gendis: efficax imprimis adferet auxilium in fluore albo, in Uteris frigidis & nimium humidis, quos *Hippocrate* & Galeniſtæ accuſabant ut ſterilitatis cauſas frequentiſſimas; in quibus non ſolum potæ, ſed eodem tempore per metrenchytam injectæ mirabilia præſtabunt.

E. Maximæ ſunt efficaciæ in morbis renum ac veſicæ, ut calculoſis concretionibus aut ſabuloſis ac pituitoſis congeſtionibus. Uno verbo aptæ natæ ſunt eluere ac mundificare vias omnes & ſingulas urinarias, dolores harum partium lenire ſi non omnino exſtinguere.

D. Nec eſt dubitandum quin, ut ceteræ Acidulæ, vermibus ſint quoque infenſæ.

Qui plura deſiderat circa vires Aquæ Marimontenſis conſulat authores qui exponunt morbos, in quibus Acidulæ potiſſimùm conveniunt, ut inter alios *Ab Heers* in *Spadacrene & obſervationibus ejuſdem oppidò raris.*

Ut enim dicam quod res eſt: in omnibus morbis, in quibus conducunt Spadanæ, & in iiſdem conferent quoque Marimontenſes. Et quidem ita ut à potu harum funeſti vix umquam timendi ſint effectus. Etiamſi enim impręgnatæ quoque ſint æthereo

ſubtiliſſimo elemento, uti & ſpiritu Sulphureo maximè volatili, neutiquàm continent *Gas* illud *Vaporiferum Helmontii*, ob cujus copiam fontes quidam Soterii maxima cum cautela bibi debent.

Cave tamen ne inferas : ſecundum noſtra hîc dicta Aquam Marimontenſem in quibuſvis convenire morbis, & innoxiè ab omnibus poſſe aſſumi. Diſſuadeo imprimis ne ſeſe conferant Marimontium ii, in quibus vires nimiùm quantùm jam dejectæ ſunt; tonus omnis ventriculi & viſcerum abolitus; quorum in ventriculo & inteſtinis nervorum eſt nuditas, & hinc partium harum ſumma teneritudo ac ſenſibilitas.

Cavebo quoque potum harum aquarum præſcribere iis, in quibus aquæ tranſmeare nequeunt : uti quibus inveteratæ ſunt ſchirroſæ concreſcentiæ in meſenterio aut hepate, ut vaſa meſeraïca vix concedant tranſitum : aut quibus ex aquæ uſu imminet periculum ne rumpatur Hepar. Omnibus denique iis quibus viſcus aliquod jam corruptum eſt.

Nec permittam facilè iis potum lymphæ Marimontenſis, quibus ſeroſus corporis latex alibi extravaſatus eſt aut infarcit partes.

Nec concedam quoque iis qui phthiſ
detinentur confirmata; apoplexia labo
rarunt ſeroſa, vel ubi vaſa cerebri ſun
debiliora.

Et denique cautè mercandum eſt cum
aquis hiſce, in affectionibus viarum, pe
quas ſe & excernitur urina, ne, quan-
doque movendo calculos ſiliceos majo-
res, horrenda excitentur ſymptomata

CAPUT VI.

Modus ſalutariter Aquis utendi præ-ſcribitur.

ETiamſi conſtet experientiâ aquarum, de quibus hîc agitur, magnam quoque copiam plerumque innoxiè potitari, cum tamen omnibus in rebus modus & utendarum prudenter ſcienda ſit Methodus, prima Regula eſto eaque momentoſa; ut nemo quapiam ægritudine laborans eas pro arbitrio ſuo tamquam remedium ſibi præſcribat, niſi priùs advocato ad conſilium medico probè experto, qui earum naturam perſpectam habeat, ſimulque modum quo effectus proprios operantur; ut horum collatione factâ cum ægri ipſius conſtitutione, ſecurum feratur judicium, an cupienti eas bi-

bere earum uſus ſit ſuadendus aut permittendus, aut econtrario vitandus.

Secunda. Si cenſeat Medicus utiliter harum potum infirmo ſuaderi poſſe, alterum horum diſpiciendum occurrit, an in loco ipſo recens è fonte hauſtæ bibendæ ſint; an verò ſufficiat in lagenis accuratè obturatis tranſlatas conſervari, ut debito aptoque tempore uſui & medelæ ſerviant. Dubitare enim non licet, quin plurimum inter ſe differant ex ipſo fonte illico manantes ibidemque hauſtæ, quantum ad medicinalem virtutem attinet, & aliò tranſlatæ alibi epotandæ.

Cur non etiam dicam aërem circumvagum & fonti vicinum partes ſuas hic agere? Si verum eſt quod vulgatur, quondam tranſvectam fuiſſe Bruxellas aquam Diliæ Lovanienſis, ſimul & polentam neceſſariam, adhibitoſque operarios induſtrios Lovanienſes, nec tamen, obſervatâ omni methodo ſui hîc opificii, potuiſſe confici cerviſiam, quæ ſuppoſititia palato imponeret, ut vel tantillum noſtras videretur. Diverſo ſanè aëri imputandum tanti ſumptûs & laboris irritos fuiſſe conatus.

Ad rem noſtram pergo, edoctus experimentô aquas Marimontenſes ve-

loci evaporatione amittere spiritum suum volatilem sulphureum, quo imbutæ ex scaturigine prosiliunt. Nisi itaque in loco quo effluunt, & veluti ex ipsius fontis papilla hauriantur, certum est mihi eas protinus destitui æthereo suo tamque desiderato elemento : & volatile illud quod continebant vitriolum in auras disperso acido isto volatili perire, eoque avolante superstites in aquis manere tantum ferrugineas aut ferreas particulas, terreasque absorbentes cùm permistis salinis.

Sal denique quod in terræ visceribus erat spectans ad Alcali, in aqua diutius reside procul ab indole nativa degenerat, induitque naturam salis cujusdam alterius, quod chymici neutrorum classi annumerant.

Tertia. Sit igitur has aquas longè præstantes esse multis artis remediis mirificarumque virium, ubi recens potionis causâ hauriuntur. At at, nolim hinc deduci consequens illas evanidas eousque fieri, cùm diu residunt, ut sint inutiles ad usum medicinæ : manifestis siquidem probationibus convincitur, aquas Marimontenses translatas in vasis accuratè obturatis pice aut alio tenace glutine, ad longum

etiam tempus vim medicinalem conſervare; ſoli nam expoſitæ, aut igni mediocri admotæ copioſas ſurſum protrudunt bullulas: quod evidens eſt indicium, illarum vires non omnino deperiiſſe, cum tunc etiam ſcateant aëreis particulis ſubtiliſſimis, quas ſecum ab origine fontis advexerunt.

His accedit permultas in hac aqua contineri particulas ferreas, item & terreas eaſque pariter abſorbentes & expugnantes acidum, ſed & in liquore ſuo diſſolutas & ſuſpenſas, quæ ſenſim dumtaxat & producti temporis morâ ſubſidunt, modò lagenæ exactè fuerint obſtipatæ, nec agitationi caloris expoſitæ.

Unde concludo haſce aquas etiam aliò deportatas, nulli alteri Ferruginearum viribus cedere; verùm aptiſſimas eſſe operandi quoſcumque effectus, quales à Martialibus medicamentis tam in ſubſtantia quàm tincturis promittuntur & exſpectantur.

Atque omnia hactenus dicta primùm ſunt Medico ſcitu neceſſaria, ſine horum quippe notitia temere prorſus decernet earum uſum, cum ſæpe locô ipsô ſcaturiginis oporteat, & quandoque ſatis ſuperque ſit eas alibi epotari.

Quarta. Statuerit ergo prudenter Medicus locum uſui aquarum aptum, advertat nunc animum dicendis.

Attendat primò non eſſe conveniens quodcumque tempus ut æger iſtarum aquarum faciat periculum, proinde ad jatrum pertinere curam opportunam indicendi.

2. Obſervet ſedulò, an non ſit opus ut præcedentibus aliquibus remediis rectè diſponatur, ut ſalutarem ſibi earum potionem experiatur.

3. Circumſpectè, quoad poterit, judicium feret ſuper quantitate dicti potus aſſumenda.

4. Modum & rationem ſervandam in hac curatione præſcribet, potiſſimum verò circa uſum non naturalium rerum, è quibus conſideranda quibus maximè eſt victus ratio.

Quod ad primum attinet, aquæ illæ tutiùs, jucundiùs, efficaciuſque operantur, dum cælo ſereno teporatus aër corporibus favet, qualis paſſim ſub finem Maii æſtatis eſt prænuntius: neque fervor ſolaris impediet quo minus ſecuturis menſibus, ad dimidium uſque Auguſti continuetur hujus Medicaminis exercitium. Huc fortè ſpectat barbarum triviale.

Menſibus in quibus R. ceſſabis bibere Waſſer.

Neque ideo tamen prohibitum ve-
n iſtius aquæ uſum aliis anni tem-
ſtatibus : liceat profectò etiam om-
bus dummodo neceſſarium duxerit
edicus, adhibitâ ſcilicet cautelâ, ut
llicitè ſerventur præcepta & regulæ
ıædam ejus judicio præſcribenda,
o ſtatûs & circumſtantiarum immu-
ione.

Cum ſupra dixerim Medico incum-
re, ut expensâ ægroti conſtitutio-
, prævia aliquando ſtatuat remedia
ıædam corpus languens aptè præ-
rantia, non tantum ut ſit uberior
uarum medicatio ; verùm inſuper
ſit inutilis, ſi non & quandoque
xia : ad caſus quoſdam ſingulares
ogredior.

Si is itaque, cui profuturæ præſcri-
ıntur aquæ plethoricus ſit, ipſique ſo-
at aperiri vena, ſi ſit quibuſdam Hæ-
orragiis obnoxius & concurrat flu-
s periodicus cum ipſo tempore, quô
medium aquarum ſibi adhibiturus
t ; venæ ſectionem differre periculo-
m, negligere autem nefas eſt.

Si corporis diſpoſitio hæmorroïdum
fluvio aſſuerit & jam præter ſolitum
inus evacuentur ; ſuaſerim ut ante
tûs uſum hirudines applicari curet.

Si autem judicetur primas vias ob-

ſitas cruditate, aut alvi tenſæ deſce
ſum obſtipatum eſſe, præcedant p
tionem purgationes, ſed non draſtic
aut violenter protrudentes; verùm t
les quæ emolliendo laxant magis quà
ſtimulant.

Proinde pilulas ex Aloe confectas
aut in quibus illa dominatur, & qua
cumque ſimilis Pharmacopæiæ circu
latoriæ, cautè mercari oportet, à qu
bus ſibi præſertim caveant qui hæmo
roidibus laborant.

Sunt qui bolos & pilulas quaſda
ceteris præferunt ſeu aptiores : n
repugno, illiſque commendatas habe
velim pilulas Balſamicas *Sthalii Ho
manni*, & ſimiles compoſitas ſecundu
deſcriptionem *Becheri*; quibus quide
miſta eſt Aloë, ſed quantitate tam m
dicâ, ut numerum quinque vel a
ſummum ſex granorum non exced
umquam quæcumque præſcribatu
doſis : hæ autem convenientiſſim
ſumentur veſperi pridie ejus diei qu
incipiet quis bibere aquas.

Equidem ſi quis me conſulat, d
cam quod ſentio, antefero pilulis qu
buſcumque decoctum aliquod lenite
diſſolvens, ſine torminibus laxans cu
Manna vel Caſſia; vel etiam auct
ero ut primo die, quo aliquis incho
bi

bit iſtius potûs uti remedio, diſſolvat pro hauſtu in vitro primo *ſal epſon*, aut *ſal Bohemicum Zedlicenſe*, vel *ſal Polychreſtum Vignette*, *Arcanum duplicatum*, aut denique *ſal Glauberi*.

Purgantia hæc omnia; ſed non omnibus omnia ſuadeat medicus; ſed diverſa diverſis, habitâ ſcilicet ratione perſonarum & diverſæ earum conſtitutionis. Pilulas igitur commendet, ut medeantur cruditati glutinoſæ, pituitoſæ, ac inertiæ fibrarum ſtomachi: ſalia verò contra nimium ardorem, qui intrinſecus cruditatem latêre per nidorem primarum viarum manifeſtat.

Ubi acida cruditas in corpore ceteris prævalet, detur uſui *Magneſia alba*.

Si ſequior corporis ſtatus oriatur ex cujuſdam quaſi ſeri colluvie *Manna* & *Caſſia* præſentiſſimum mihi cenſentur remedium.

Progredior ad modum ſervandum bibentibus has aquas menſibus prædictis, determinando horas & quantitatem potûs ſeu licitam ſeu neceſſariam. Cum quidquid ſeriò faciendum eſt, ferme eſt unicè faciendum, hoc ſane dum agitur de uſu Medicaminum attendendum eſt maximè, ne animus occupatus negotiis externis impedi-

mento fiat internarum functionum quæ tunc præsertim sunt machinæ corporis necessariæ. Exulet igitur hinc non tantum omnis atra cura, sed & œconomica, & quæcumque alia etiam nomine delectabilis officii gaudens neque studia hîc excipio, non dico exotica, qui jucunda audeo vetare si modò animum nimiopere rapiant. Ceterum sit ille hilaris non effusione stolidâ lætitiæ, sed tranquillitate sui contentus, ceu cum placidum venti stat mare.

Tali dispositione prævià utilissime bibentur aquæ primo manè, sed observato simul calore tempestatis quæ tunc fuerit, ut vel seriùs vel citiùs potentur. Etenim si æstus continuus totis diebus ferveat, paulo post solis ortum commodè haurientur, sin autem temperatior sit aura, differatur potus ad usque septimam vel octavam quandoque matutinam.

Jejunis porrò bibendum est. Etsi quamvis expertis constet se plurimùm illarum largo haustu recreari post crapulam & ingluviem præcedentem quam edormiscere nequierunt; attamen necessarium judico, ut vacuo aut saltem non farto stomacho ingerantur.

Quantitas vero non omnibus æqua-

liter limitari poteſt. A quatuor unciis
icet gradatim uſque ad octo, ſed non
ultra, procedere. Hîc ſe ipſum quiſ-
que conſulat; ætas, conſtitutio, con-
uetudo, vires perſonæ figant menſu-
ram : quis enim eamdem præſcribat
ventri capaci helluonis & tenero deli-
atoque corpori ? Cum huic forſan
res unciæ ſufficere poſſint ſimplici vi-
e, illi autem integræ octo liberaliter
int glutiendæ.

Potioni ſuccedat lenis & citra ſudo-
em obambulatio. Poſt ſeptem aut
cto horæ minuta reſumatur eadem
otûs copia, quam rurſus excipiat am-
ulatio; adjuncto ſocio compotore aut
mico congerrone, qui eam reddat ju-
undiorem. Hic potus & exercitium
ternatim ſic continuetur, donec quiſ-
ue ſatis pro capacitate ſua vim ſibi
on inferens hauſerit ; idque finiatur
tra tres horæ quadrantes nec ultra
oram protendatur.

Hinc intelligitur capaciores ſcyphos
otandos fore iis, quibus major aqua-
im copia neceſſaria eſt, niſi malint in
ures vices bibendi quantitatem ſibi
ngruam partiri.

Fieri non poteſt; quod ante dixi,
generaliter cuique debita quantitas
efiniatur. Attendi potiſſimùm opor-

tet quantum ægri stomachus commodè sine fastidio valeat recipere. Hoc equidem certum est, competentem illam esse personis quantitatem, quæ corpus non aggravat; sed econtrariò levius ac vividius reddere videtur.

Ceterùm nisi æger idoneus sit, ut hujus aquæ libras quatuor epotet in dies, nullum illi successum fore auguror; sunt enim quibus sex quin & plures libræ prodesse tandem cœperunt.

Æger jejunus perduret donec evacuarit aquas eâ copiâ quâ solent salubriter & naturaliter excerni, sive per vias urinæ sive per alvi ductionem, quod quidem rariùs solet contingere.

Prandio stabilem horam non figo; quamvis dici possit ordinarium tempus illi destinatum esse post quatuor vel quinque horas à cessatione potûs: eo namque intervallo solent omnino aquæ excerni: id conjicere licet non tantùm à comparata excretarum quantitate cum copia ebibitarum; sed ab indicio certiore, dum videlicet urina citrini coloris profluit, coctionis absolutæ, ut cum veteribus loquimur, signa proferens.

Liberum estò horam prandii antevertere iis, qui primo manè gnavi potarunt, qui serius venerunt præstolen-

tur elabi tempus quatuor aut quinque, ut dixi, horarum, niſi fortè ſolitò citius aquis ſe exonerarint.

Indulgendum eſt iis, quos ſtimulat fames, quique inanitatem ventris difficulter admodum tolerant, ut levi jentaculo compeſcant hiantem, quod ſuppleri poteſt ſorbitione ordinariâ Chocolatæ, quam fortaſſis mavolent qui illi aſſueverint.

Illis autem quibus potio adeo lentè per veſicam colat, ut tantum poſt meridiem urinam excernant, licet horâ conſuetâ prandere, aut etiam dum urſerit appetitus.

Quamvis ſaluberrimæ ſint hæ aquæ, nemo tamen ſibi fingat eas quocumque modo bibi impunè, nec earum effectum fruſtrari poſſe. Optimarum utique rerum facilis eſt abuſio. Prima itaque ſit ſobrietatis cura, quæ, ut ſit ſemper ſanctæ Hygieæ conſervatrix, hîc maximè individua debet jungi comes experturis hunc potum; alioquin non ſpe tantùm ſua fraudandis, ſed expoſituris ſe evidentiſſimo periculo, unde ingraveſcat ægritudo, atque inſuper novæ irruant malum malo accumulantes.

Neque ſobrietas dumtaxat hìc colenda, verùm obſervanda eſt alimentorum

qualitas; ut nempe sint bono succo nutrientia & facilia digestu, quæ stomachum non onerent, nec flatibus distendant: generaliter convenientissima judico quæcumque acorem expugnant, iis maximè quibus imbecillus est ventriculus, aut in quibus apparent indicia cruditatis acidæ primas vias obsidentis.

Veto planè aromatibus condiri edulia, aut lardo cibos ullos infarciri.

Exulent hinc igitur Doctores coqui, cupediarum artifices, insatiabilis ventris popæ, gulonum palpones, qui nunc etiam editis libris audent se in Bibliothecas ingerere ceu metamorphosis ciborum scientiis annumeranda foret. At ne indignatio me longiùs evagari sinat, summatim dico: alimenta nostra quo simpliciore modo sunt parata & parabilia, eò quoque esse salubriora. Profectò convivia Heroum in Homero tribus constant, pane, carne tosta & vino. Quò nos deducimus?

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

Amoveatur ergo ciborum copia & varietas, ne comınessatione mensa protrahatur, ut sit aquis tempus & facilitas cupitos operandi effectus.

Prandii initium fiat à jure carnis spis-

ſo, neque nimis liquido, cui proinde intrita ſit debita panis quantitas lento igne diu maceranda, cum ſimul adjuncto *Serpyllo*.

Parabilia ſint cetera, qualia ſunt, caro vitulina, vervecina, bubula; ſed tenera, juvenci nempe aut juvencæ, pulli, capi, galli indici. Hæc omnia aſſa, ſi verò elixa, apponantur ſine liquido.

Liceat etiam à venatu ſuppeditari lepores & cuniculos juniores, perdices, alaudas, & quæ ejuſmodi erunt facilis digeſtionis cibi.

Cane & angue pejus evitetur quidquid ſuillum eſt, lardum, petaſones, farcimina &c.

Eliminetur pariter quidquid à ſalitione aut fumo induratum eſt: his adde cavendos anſeres & anates.

Piſcariis diebus, ſi veſci piſcibus lubeat, eligantur fluviatiles & ſaxatiles, perca, lucius, gobio, trutta, ſimileſque, quos fluvius Sabis, rivi vicini aut vivaria abundè ſatis præbent.

Anguillas, Tineas, Cyprinos, qui vulgo Carpiones dicuntur, invitus permitto, ſeu magis repudio.

Arceantur item â menſa olera, legumina, hortenſia fercula, arborei fructus, ſorbitiones hordeaceæ vel avena-

ceæ : namque in cruditatem acidam facilè convertuntur ; & hæc omnia cum plurimo aëre turgeant ventosa esse oportet flatusque gignentia.

Omnis generis bellaria secundæ mensæ suppleat panis candidus bis coctus. Laganis amygdalinis sacharo conditis, quibuscumque hujusmodi, ausim dicere puerorum deliciis, quin & aliis seminibus sacharo vestitis ultima mensa salubriter carebit : nec mos qui invaluit me moratur, quemcumque titulum urbanitatis aut decentiæ obtendat : censeo enim semina hæc quamvis calorem foveant, non minùs frequenter esse impedimento digestioni quàm videntur illam juvantia ; flatibus sanè quos dissipant, alios substituunt nec pauciores.

De caseo vel mentionem fieri illicitum esto.

Inter prandium non bibatur cervisia ; huic tamen assuetis, si adeo cupiant, ut summum unus aut alter mediocris scyphus concedatur : alioquin communis potus sit vinum, at illud tenue ; generosius verò plurimâ aquâ dilutum, quam in promptu fons offert intrà ambitum castri saliens ; nisi qui medicinalem Marimontensem vino suo miscere malit : de qua nemo quidpiam suspicetur mali, frustra timens ne in-

terrumpatur inde chyli confectio; neque enim vaporiferum est hujus aquæ ullum elementum, veluti supra aliquoties dictum est; ejusque præcipua insuper actio corroborando fibras terminatur: unde liquidò colligitur chyli & sanguinis confectionem ab his aquis adjuvari, dum debitum attritûs motum conservant, vel languentem & inertem restaurant.

Inter varia vini genera eveho Burgundicum, quod cùm sit generosum, mox admonui ritè temperandum.

Æquum certè pretium, quo ibidem comparatur, ostendit nec copiam ejus deesse. Burgundico substitui potest vinum Montanum, Ayanum aut iis affine.

Quibus propositum erit hisce aquis stomachum & viscera proluere, ut medeantur vitiatis ductibus urinæ, vino Rhenano utantur, sed vetere & pingui, nisi tamen acidorum cruditate laborent.

Inviolabilem quisque statuat sibi legem, ut intrà horam, quâ cæpit finiatur prandium, piaculumque sit ultra extendere: sed ambulatio placida cibum excipiat: qui autem post ritè peractas matutinas functiones exspatiari à meridie pigrantur, tempus ii saltem non transigant otiosè sedendo, multo

minùs obdormiſcendo, memores trivialis dicti: poſt menſam ſtabis vel paſſus mille meabis.

Horâ unâ aut alterâ elapsâ juverit corpus magis exerceri, vel equitando vel etiam luſu pilæ, globorum aut ſimilis quo membra agitantur, cavendum tamen à ſudore.

Hæc ita quiſque dicta putet, ut nihilominus ejus arbitrio relinquatur ſtatuere quàm ſibi conveniant, habitâ quippe ratione temperationis & conſuetudinis vitæ ſuæ.

Ubi videbitur ſatis indultum motui corporis, ne laſſitudo ſubeat, poterit luſu tranquilliore chartarum E. gr. ſedari, modò exiguum planè ſit lucri præmium, ne inquietus ſpe avida diſtrahatur animus triſtitiæ aut iræ pathematibus, unde rixæ & jurgia concitantur, quæ cùm ſemper noxia, utentibus equidem hoc aquarum remedio tam fugienda quàm quæ ſunt peſtilentiſſima. Honeſtæ ergo & licitæ dumtaxat recreationes animos potitantium exhilarent.

Degant etiam omne tempus pomeridianum abſtemii: ſi nimia tamen ſitis urgeat, ſub horam quartam aut quintam veſpertinam ſufficiat unum aut alterum vitrum vini, vel aquæ Mari-

montenſis ebibiſſe, & hæc miſtim vel ſeorſim, ut libuerit.

Circa annum 1550. invaluerat *Spadæ* conſuetudo, quâ non matutino tantùm ſed & pomeridiano tempore aquæ illic quantitate & modis iiſdem bibebantur; quæ cùm ſit nunc abolita, dubitari non poteſt quin abuſum experientia abrogârit plurium damno & malo comperta.

Pro cæna quædam deſidero ſed ſollicitè ſervanda. Primò ut ſit, quàm fieri poteſt, frugaliſſima: amandetur hinc omne olus, & quidquid eſt fructuum.

Ex his quatuor ſeligat unuſquiſque quod guſtui placuerit: vel panem candidum bis coctum, vel alium butyro illitum, vel unum alterumve ovum recens in aqua coctum, vel juſculum carnis. Unde ſatis intelligitur à copioſo potu vini & feris compotationibus eſſe abſtinendum.

Scio frequenter offerri cænaturis *Spadæ* Pruna juri ſuo ad ſpiſſitudinem incocta, utique ad coactam alvum emolliendum & ciendum: ægerrimè tamen eò adducar cuiquam iſthoc ferculum ſuadeam: enimverò cùm Medici fructus & olera è prandio tolli præcipiant, non conſequenter mihi ratiocinari vi-

dentur, dum cænantibus permittunt quæ prandentibus vetuerant: ſed & pruna ventriculum debilitant, acidiſque humoribus dant incrementum.

Alterum quod cænaturis valde commendo, temporis eſt ratio, ut ſcilicet tempeſtiva ſit cæna, ſive ſtabili ut horâ fiat, ſed maturâ pariter, ut rurſum obambulatiuncula eam poſſit ſubſequi, quâ placidè recreetur animus, donec cubitum eatur ingruentibus tenebris: namque à ſerotina frigidiore aura maximè ſibi cavendum eſſe memores volo Aquarios Marimontenſes.

Tali ordine & diætâ ſervatis leviores è lecto emergent, repetituri oriente ſole inchoandum diei exercitium.

Hiſce verbum addo. Temperantiam quam præſcribo non in victu tantum, ſed in voluptatibus venereis multò magis ſervandum eſſe edico; utique toto tempore quo potandis aquis vacandum eſt.

Providè igitur agent conjuges, dum non ſimul ambo hoc loco medelæ causâ convenient.

Si quis nequiter conſilium meum interpretetur,

HONNI SOIT QUI MAL Y PENSE.

CAPUT VII.

Monita observanda harum Aquarum potoribus, simulque proponuntur præsentissima remedia, quibus se muniant adversus incommoda & damnosa Symptomata, in quæ bibentes possent incidere.

SI secundum artis regulas ad aquarum potum æger fuerit dimissus, utensque earum remedio congruas observet diætæ regulas, nec modum excedat abutendo rebus aliis non naturalibus rarò accidet, ut ab earum potu quodpiam patiatur incommodi.

Principio forsan quibusdam non assuetus aquam recipere ventriculus horrescet; sed facili medela tam levi incommodo cum possit occurri, operæ pretium duxi remedium exponere longo certè usu & felici experientia probatum.

Si quærat aliquis cur obvia, vulgaria, facilè parabilia tantùm hîc præscribam, næ illa importuna videtur interrogatio. Consulere omnium saluti; etiam gratis, si possem, studeo. An non satis ipsi videtur utilia exhiberi remedia, dum constat ea profuisse quàm plurimis? Proinde & post

hac profutura si, dum occasio requiret, consilio meo obsequantur.

Sanè quibuscumque regionibus providit clementia Dei obvia medicamina, eaque passim efficaciora, quàm ea quæ ex abstrusæ & arcanæ artis penetralibus petenda quidam ostentant. Adeò semper verum erit: mundus vult decipi.

An cuivis etiam contingit adire Corinthum! ut familiaris rei copia sufficiat alendo comiti Medico. Parcam itaque iis quibus parcimonia necessaria est. Magnates autem & opulenti, qui communia quæque fastidire solent, eaque tantum æstimant quæ carò emuntur, utantur, per me licet, pretiosissimis pharmacis, modò de pari successu gratulari sibi possint.

Aqua hæc cum gelida sit, primoque incommodo solent queri potores, delicati potissimùm, quos nervosa corporis constitutio præ aliis reddit sensibiles, vel dum frigidior est cæli temperies: ab hujus nam aquæ potu tam constringuntur aspero frigore eorum præcordia, ut tremore, horrore correpti videantur.

Huic malo qui se obnoxios sciverint, foras non prodeant nisi pectore contra frigus sollicitè munito, manti-

lis calidi ſibi loricam applicent, luculento ſe recreent foco : vidi qui catellum ſinu foverent. Neceſſitas & induſtria inventionum ſunt magiſtræ.

Sed ne catellis ſit opus propediem ædificabitur Marimontibus ædes fonti vicina, in qua potorum gratiâ numquam copioſius deerit ignis.

At magis etiam delicati, quibus tam eſt tener ſtomachus ut frigidam ſibi non ſuſtineat ingeri, ſeriùs ad potum procedant, aliquot horis poſt Solis ortum, aut certè pleno incaleſcente die : quin potius iis ſuadeo, ut calfacto ſcypho aquam hauriant protinus ebibituri.

Alii ſunt qui flatibus impleti diſtenſione ventriculi moleſtantur : eſtque credibile frequenter hoc accidere bibentibus in loco Spadanas, quandoquidem, ut præcaveant vel abigant hoc incommodum, communiter ibidem in ore conterant ac eſitent unum vel alterum ſeminum, quæ calida vulgo dicuntur, puta Aniſi, Carui, Cumini, &c. alii quidem purorum, alii ſacharo incruſtatorum. Quidam porrò, iique meo certè judicio melius, mandunt cortices Malorum Aureorum : opinor enim receptum ſeminum calidorum uſum primò inveteraſſe in populi credulitate

ex veteri philoſophia, cui aſſenſur præbuerint & medici, exiſtimante ſymptomata, quæ eveniunt aquæ poto ribus, accidere ob frigidam ejus ten perationem, cui ſe mederi certiùs no poſſe arbitrati ſunt quàm adhibend eà, quæ eſſent oppoſitis qualitatibu prædita, hinc illud : frigida pugna bant calidis, humentia ſiccis. Utcun que ſit, diſtenſiones & dicti ventoſi fl tus primùm arceri commode poterun ſi potores minoribus ſcyphis utantur ſi longior interponatur mora ſingul hauſtibus; inſuper cura ſit molliend alvi.

Interea externo ſcuto valide ſtoma chus protegatur emplaſtro confecto e gummi Tacamac. Caran. Maſtic. & aut alio ex theriaca cum oleo Mac expreſſo.

Tertium incommodum. Potitant quandoque conqueruntur coactam a vum tolerantes à fecibus eouſque in duratis, ut ſine continuitate tamquan glandes ægerrimè extrudantur.

Multimode poteſt alvi ſolutioni pro ſpici. Huc ſpectant profutura en mata aquoſa & diluentia, eaque a ſummùm liceat acui Melle aut ſalibu quibuſdam, ut *Epſon*, *Polycreſto*, *N tro* aut ſale communi.

At

At si enemata commodè injici nequeant, suadeo ut in uno vel altero vitro aquæ dissolvantur aliquot unciæ syrupi violarum, flor. Persicorum aut uncia una salis *Epson*, vel salis *Polycresti* drachmæ duæ, tres, quatuorve, aut salis *Zedlicensis, salisve glauberi* drachmæ duæ, aut totidem *Arcani Duplicati.*

Aliquibus porrò alvus non fluit ob virium defectum ab inertia fibrarum ventriculi & intestinorum, quo fit ut langueat peristalticus eorum motus: tales cubitum ituri glutiant aliquot Pilulas *Bontii, Tartar: Scroderi; Helvetii; Balsam. Hoffman.: Sthal*, vel alias similes aut affines illis, quas *Becherus* primus feliciter in usum duxit.

Potores aliud nonnumquam terret incommodum, nempe dum aquas stomacho receptas vix retinent, sed vomitu rejiciunt. Non rarò id observatur primis accidere diebus, at subsequentibus spontè cessare, adeoque hoc in casu non videtur esse opus Medicamentis.

Si tamen malum pertinaciùs duret, dispiciendum est Medico: an vomitus talis provocetur à nimia potûs copia. Huic causæ si non sit imputandus vomitus, inquirat oportet Medicus num

alvus ſit libera ; coacta enim ſæpe vi-
ciſſim cogit ſtomachum ut aquas pe
os ejiciat : procuranda tunc igitur eju
ſolutio modis ſupra præſcriptis. S
neutrius harum cauſarum ſit vitium
præcedat potum ſumendum pauxillun
Theriacæ, vel ſorbeat æger cochleari
aliquot, ut videbitur ſufficere, mixtu
ræ ex aqua Menth. cum aliquot gut
tis Laud.liq. vel ſumat vomituriens ſa
Abſynthii cum ſyrupo Acetoſitatis Citr
in vitro aquæ Mineralis. Stomacho
quoque applicabuntur commodè em
plaſtra de mica panis, vel confecta ex
gum. Tacamac. Caran, Maſtic. cun
pulv. Cinamomi, flor. Balauſtiorum
& oleis Stillatitiis Menthæ, Caryoph
&c. vel ſacculi ex herbis aromatici
& ſimilibus.

Incommodum omnium graviſſi
mum, importunum & maximè poto
ribus moleſtum, iis præcipuè qui pe
egrè domo ſuâ profecti ſunt, utpot
ipſorum intentioni directò contrarium
oritur à deluſo ſucceſſu quem ab hiſc
aquis ſibi ſpoponderant, dum ab in
cepto potandi compelluntur deſiſter
ſæpius, dum ſcilicet epotæ aquæ co
pus non permeant & neutiquam ex
cernuntur, aut ſaltem non eſt æquabi
lis proportio urinarum cum quantita

te potûs qui præceſſit; ita ut evidens ſit magnam illius partem alicubi ſtagnantem hærere in viſceribus.

Cumque hujus retentionis plures cauſæ ſubeſſe poſſint, diſtingui eas oportet, priuſquam de remedio certum quid ſtatuatur. In primis namque viis forſan morantur aquæ, velut in ventriculo, inteſtinis aut vaſis Meſeraïcis. Forſan ad maſſam ſanguinis delatæ ab ea non ſecedunt; cum tunc deberent ſe inſinuare in vaſa, quorum ope ſe-& excernerentur, aliò penetrant, in vaſa nempe quæ lympham & ſerum continent, eoſque humores accumulant, aut etiam ſeſe ingerunt in partium albicantium fibras & poros, & ſpeciatim intra tunicam cellularem.

Indicia hîc dirigent Medicum, ut ebibitas aquas intelligat hærere in ventriculo vel inteſtinis; quod prodet harum partium & abdominis diſtentio & inflatio, oneris aut ponderis ſenſus circa cordis ſcrobiculum, anxietas, flatus ventoſi, borborygmi, alvus denique occluſa.

Ab hoc malo ſæpe ſæpius expediuntur ægri per vomitum ſpontaneum, vel etiam arte excitatum iis, quibus facilè erumpit veluti per faucium titillationem, digiti in gulam demiſſionem,

Sed & Enemata plerumque præsens adferunt levamen.

Protrahantur corporis exercitia, semper tamen citra sudorem & quidem gradatim ac sensim intentiora : vehantur Rhedâ, si ita lubet; at malim ut equum succusatorem conscendant, ut abdominis viscera eo majori motu concutiantur. Hæc inter suum quoque dentes agant negotium; terendo semina Anisi, Fœniculi, Cumini pratensis.

Si alvus sit obstinatior clausa, uno alterove die intermittatur potus, ac sumatur *Manna* vel *Cassia*; aut in aquæ primo vitro dissolvatur *sal Epson*, aut *Polychrest*, vel *Arcanum duplicatum* vel simile.

Difficilioris moliminis res est si aquæ hæreant in vasis meseraicis. Indubitatum nempe est, à venosis ventriculi & intestinorum villis resumi ingestarum aquarum portionem notabilem promovendam in venam portæ & hinc trans Hepar in Cavam. Si itaque venæ istæ suum tonum amiserint, aut laxum sit Hepar aut spasticè constricta sint ejus vasa, aut Hepar ipsum schirro induratum, vel quovis modo sit obstructum, ita ut aquæ in vena portæ hæreant, timendum est ne inde diffundantur in

cavum abdominis & desinant, ut pronum est, in Hydropem Asciten.

Plurimum igitur ægrorum interest, ut Medicus, priusquam aquarum potum ægris suadeat, internorit dictarum partium constitutionem, ut tutò judicet, num si æger biberit aquas, illæ vicissim per easdem partes facilem sibi sint aperturæ transitum, an è contrario ibidem interceptæ damnò ægroti sint hæsuræ.

Notentur autem hæc mali ominis signa, respiratio difficilis, elatio dextri hypochondrii, plenitatis & distentionis in abdomine sensus, dextrum hypochondrium velut pondere oppressum, appetentia cibi fastidio ablata, vomitus, dolor gravans circa regionem hepatis & sumpto alimento invalescens. Meritò hîc animadvertitur, quoscumque ægrotos semper dolore affici circa scrobiculum cordis, dum in eorum Hepate cespitat motus progressionis sanguinis. Suadendum hoc in casu mihi videtur, ut aquæ potus omittatur, vel saltem non permittatur nisi ad exiguam usque quantitatem limitatus, tempusque interim à potu vacuum equitationi aut vecturæ sed non nimiè tranquillis impendatur. Deinde inter potum sumantur pilulæ

quæ oppilationi mederi valeant, qua-
les ex gummi quibusdam, Sapone &
sale polycresto. Abdomini & regioni
Hepatis applicentur empl. de *Sapone*,
de *Cumino*, spleneticum *Fulleri*, ve
Aquapendentis.

Si verò aqua sanguini mista perma-
neat, ab eoque non segregetur, au
segregata quidem non subeat vasa se-&
excernentia, præsertim ductus & via
urinæ; sed ferè omnis influat in vas
quæ spongiosis fibris constant, &
poris pervia à lympha & sero albi-
cantia sunt; seu etiam penetret ad par
tes ipsas quæ à dictis lympha & ser
albent, res sanè ardua Medico occur
rit, quæ etiam expertissimo negotiun
facessat.

Hæc autem signa difficilis opera
Medicum advertent. Corporis sui onu
ægro molestum, torpor membrorun
& lassitudo, ad somnum proclivitas
vasorum nimia distentio : ex his, in
quam, discet potitatas aquas in sangui
nis massa pertinaciter morari.

Hujus mali exordium passim duci
tur ab aquis nimium ingurgitatis :
diminutione ergo quantitatis incipie
Medicus præscribere. Studeat deind
ut per urinas, alvum, sudores, au
corporis habitum quavis ratione expel

latur damnoſi laticis ſerum. Sollicitâ ergo attentione præviâ, ſeliget quæ præſcribat, ſeu Cathartica, ſeu Diuretica, modò Sudatoria ac Diaphoretica. Quòd attinet Cathartica, cupio ut ſint ea quæ Hydragoga vocari ſolent, ſed mitia : ad ſummum conceſſero *Syrup. de Rhamno Cathartico.*

Cum plurimis modis provocari poſſit ſudor, omnibus hìc præfero corporis exercitium æquabile, & medicamina quæ tantùm exteriori corpori applicantur.

A diureticis nimiùm ſtimulantibus maximè cavendum cenſeo, niſi tamen inertia & vaſorum debilitas impedirent effluvium humorum.

Ceterum laudo *Arcanum Tartari*, ſive *Tincturam terræ foliatæ Tartari*, vel *tincturam ſalis tartari* factam cum appropriato acido: & ſi alvus quoque non nihil movenda ſit ſemen Violarum in emulſo.

Hæc eadem utiliter adhibentur, ſi aquæ in vaſis, quibus ſerum & lympha continentur, vel hæreant intrà ſubſtantiam partium quæ fibris conſtant & poris hiant, vel ſi effuſæ tunicam occupent cellularum. Intemperatum hoc malum cum oculis ſe prodat non eſt cognitu difficile; tunc enim tumor

albicans totius corporis habitum deturpat & œdematodes conſtitutio; tumidæ quidem atque inflatæ apparent illius partes; ſed laxas eſſe tactus arguit: ita ut videatur corpus generali emphyſemate diſtendi: atque adeo correptum miſera illa ægritudine quæ leucophlegmatias hydrops vocatur. Uſui itaque adhibeantur remedia, quæ ex pluribus detectis hactenus per ſalutarem experientiam comprobata ſunt tamquam certiſſima & feliciſſima, ut præſcriptos morbos averruncent.

Obſervatur etiam frequentiſſimè aquas ebibitas in corpore detineri, quia ſcilicet ductus urinæ, per quos naturaliter ſolent & debent emanare, obſtructos aut ſaltem minùs liberos inveniunt.

Hujus vitii cauſæ cum plures diſtinctæque eſſe poſſint, providi & circumſpecti Medici judicio opus eſt, qui non promiſcuè proſcribat diuretica remedia, quæ multa legerit aut centies in vulgo audiverit urinam movere, ſed qui norit cauſas diſtinguere ſuppreſſæ aut diminutæ effluentiæ, qui penitus intelligat cujus partis defectu accidat malum, velut renum, ureterum, veſicæ, uretræ &c. qui cauſam detegat, quæ hanc illamve partem in-

festat. Quæ omnia & singula hîc docere præscripti dissertationis limites neutiquam permittunt.

Sufficit si hîc monuero prudentissimè Medico esse procedendum, ubi suspicio est latentis calculi in viis urinariis : cum enim copiosiore affluentia seri & laticis facilè locô emoveatur calculus ac penetret in vias quas permeare nequit, horrenda ac terrifica sæpe inducit symptomata, quæ accumulabuntur, si Medicus in arte parum versatus præscribat diuretica propellentia aut quovis modo stimulantia.

Quòd si ergo ab usu aquarum calculus emotus fuerit ex renibus E. g. in ureteres, vel ex vesica in uretram, sine mora adhibeantur quæcumque relaxantia ex Althea, Sem. Lin. Ol. Amydal. dulc. Emulsa, Semicupia, Balnea confecta ex aqua simplici tepida, vel decoctâ cum radicibus & herbis emollientibus tepidè quoque applicata. Quibus nonnumquam conveniet adjungere Trochiscos Alkekengi.

Non miretur Lector, me ad præveniendum & mitigandum symptomata, quæ aquæ potum reddunt quandoque incommodum aut noxium toties monuisse ut parciùs bibantur. Quamvis enim non planè negem aquas vel non

vel copiosè esse bibendas, providendum tamen ne quid nimis. Si enim immoderatè ingurgitentur aquæ, non solùm pondere & mole eas ventriculo molestas esse sentiet imprudens helluo, verùm cum hîc distentus ultra modum ventriculus enervetur, appetentiæ ciborum sequitur exstinctio & iners digestio. Eademque mala sævient in viscera, intestina & vasa his aquis inundata & onusta. Renum primò perturbabitur tonus, & omnium ductuum & viarum urinæ fiet nuditas diluto muco &c. Tum sanè ardor urinarum, dusuria & stranguria invalescent: quodque notat *Masinus Mechanic. Med.* pag. 72., renum labes, calculi & ulcera gravissimè sunt timenda.

Si potator quis incidat in febrem continuam à potu aquæ abstineat: & potissimùm si quæ sit suspicio phlogoseos minantis vel præsentis; viscum enim inflammans aquâ non facilè dissolvitur.

Si verò corripiatur febre intermittente salutariter sæpe bibet aquam tempore intermissionis usque ad horas aliquot ante novi paroxysmi invasionem.

Si fluxus accedant ventris gravibus doloribus torquentes; vel si menses

aut Hæmorroides quoque largius fluant, ad tempus ſaltem omittatur uſus aquarum.

Si ingruat catharrus quis gravior, ut Rheuma, ſuadeo ut aquæ non bibantur eo tempore.

Si bibentibus denique aquam accidat Arthritis, potui huic ut valedicant Author ſum.

FINIS

ELENCHUS CAPITUM.

APPROBATIO CENSORIS.

QUamvis in perſcrutandis naturæ Arcanis impenſam operam floccifacere paſſim ſoleat vulgus; attamen dum ad Artium præſertim Mechanicarum incrementum, ſeu ad vitam protelandam, fugandaſque ægritudines adhibitum ſtudium conſpicitur, ex doctis pariter & indoctis Neminem reperire eſt, quin illud ſummis extollat laudibus.

Poſteriorem hunc ſcopum, non ſine animi oblectamento, obſervavi in *Diſſertatione Medica, de Aquis Mineralibus* FONTIS MARI-MONTENSIS, quam *proluſionis* ergò edidit *Clariſſimus D. Henricus Joſephus Rega in Univerſitate Lovanienſi Medicinæ Doctor & Profeſſor Primarius, Sereniſſimæ Archiducis Belgii Auſtriaci Gubernatricis Conſiliarius & Archiater*, in qua Auctor Clariſſimus, non ſolùm Aquarum è præfato Fonte ſcaturientium, Analyſi præviâ, indolem & qualitates exhibet; ſed adductis etiam variis Experimentis & obſervationibus, earumdem virtutem & efficaciam, quibuſve morbis propulſandis præſto eſſe poſſint, luculenter oſtendit. Undè Diſſertationem hanc, quæ, præter memorata, nihil continet, quod Fidei Orthodoxæ aut bonis Moribus adverſetur, utiliter prælo committi poſſe cenſeo. Dabam Lovanii 24. Decembris 1740.

NAT. DU BOIS, *S. T. Doctor Regens, & Librorum Cenſor.*